

















FERDINANDI CASSANI VIGIANVLENSIS. QVAESTIONES DVAE QVARVM ALTERA EST.

QVOD SANGVIS ET PITVITA IN VENIS ſanorum corporum, actu ſit, Potentia humores alij.


ALTERA VERO

QVOD SEDIMENTVM ſanorum & ægrorum eiuſdem ſit ſpeciei.

NEAPOLI

APVD GIO. MARIAM SCOTTVM.

1561.



FERDINADVS CASSANVS

PAVLO MONACHO

Artium & Medicinę Doctori eximio. S.

* *

*



ENEROSI animi est, cui multum debes, eidem multũ velle debere. Cum nullum habeam, cui adeò sim obnoxius; quam tibi Paule doctissime. fouisti siquidem me quodam tempore gremio tuo, cùm medicinam Neapoli profitebar: ex quo quicquid in me eruditionis quicquid peritię, & si pauca, vel ferè nulla sit, tibi tribuo, tibiq; acceptam refero. Cupiẽs me tibi magis debere; cum hac hyeme otiosam vitam agerem tum ob ægrorũ carentiam, qui his temporibus hyemalibus

desiderari solent, tum etiam quia regionibus nostris Calabrię nulla datur facultas legendi: quibus medijs, ingenia exercerentur. Decreui, nè tempus tererem: (cum nulla iactura pernitiosior, quàm temporis) ingeniolum meum exercere scribẽdo: scripsi hæc duo quæsita, alterum sanguinem, & naturalem pituitã in venis tantum contineri, alterum de sedimento in vrinis. In quo præceptoris mei Io. Antonij Pisani hodiè in Neapolitano Gimnasio practicam medicinam enarrantis sub alio tamen conceptu sententia defenditur. Hæc ad te micto, quę veluti præceptor olitu docebas, corrigebas, instruebas, meq; ipsum monebas ita nunc illa corrigas castiges, emendes, foueas. mihiq; expolita remites: id quod multo felicius alijs consequaris cum omnes hac tempestate & doctrina & eruditione: ingenijq; perspicatia longe alios præstes. Nec ob hoc à studijs, cæterisq; solitis honestis exer

citationibus diuerteris, cũ parui momenti res ſit, vnoq; intuitu tranſcurres: mihiq; rem gratiſſimam facies deditiſſimumq; reddes perpetuò. Eoq; magis quòd ſi ſub tuo clypeo excudetur exeatq; in lucem, tuaq; protectione tueatur, authoritatiq; nitetur, nullus naſutꝰ homo ſubſannare audebit, cuntorumq; profectò mordentium iacula de facili paruoq; negotio reflectet: nec non parui faciet. Quod ſi aſſequar vt quidem ſpero non nulla alia medicas res tractantia tuis auſpitijs; ꝓpediem in lucẽ prodibunt vale.



CAESARIS PVGLISII

VIGIANVLENSIS

Tetraſtichon.

*

Cæde, tuo rabido liber hic non ſub-
iacet ori
Zoile: nec faciē, nec tua tela timet.
Nam Clypeo Pallas Fernandi ſcripta
tuetur,
Et validæ ferro Seruat Apollo
manus.

VAMLIBET nostri Corporis partem sanguine nutriri, nemo est, qui nesciat etiam parũ in doctrinis versatus. Inditiũ faciunt manifestum venæ ipsæ per minimas partes dispersę ipsum deferentes, sicuti enim in hortis Riuuli à magnis deducti fontibus aquam per vuiuersum ducunt:ita & venæ in animalium corporibus ex vena maxima, ex gibbis epatis enata, ceu aquę ductu sanguine pleno sanguinem nutrimẽtum veluti in hortulo riuuli quandã rigationem adducunt : distribuuntq;. Siquidem Carnes tùm viscerum omnium, tùm mulsculorũ omnium ex Sanguine ipso nutritionem & alimoniam cõsequuntur, parua mutatione præcedente, Ossa verò, quô nutriantur:multas desiderant mutationes. Et qualis carnibus ipsis sanguis existit, Talis ossibus medulla. Paruis verò, & qui-

bus cauitates non adſunt eorum po-
roſitatibus inſperſa: magnis verò &
cauitates habẽtibus in ipſis collecta.
Quandoquidem quæ ſimilem ha-
bent Temperiem, & naturam: faci-
lem expeditamúe habent mutationẽ.
Cum in habentibus ſymbolum facilis
ſit tranſitus. Iuxta Ariſt: decretum.
Quę autem variam, diuerſamq; na-
turam habent, & temperie diſcre-
pant: fieri ſimilia abſq; magnis mul-
tiſq; mutationibus minimè poſſunt:
& Hoc eſt, quod dicitur alimentum,
futurũ alimẽtum, & veluti alimentũ
hoc quidem eſt chartilaginibus muc-
coſum illud circumfuſum, nec non
ligamentis, neruiſq; humor craſſus &
lentus, quem in ipſis ſparſum vide-
mus. Horum namq; ſingula ex mul
tis conſtituta ſunt fibris, in quarum
mediis ſuccus nutritioni conueniens
viſitur: quem ex ſanguine venarum
propria facultate eligendo, traxere:
quô ad eorum naturam aſſimilarent.
Hinc

Hinc & non citra rationem dubitarunt nonnulli ortumq́; magnum inter ipſos certamen eſt. Cum venæ nutrimentum deferant,& ſanguis tan tum nutrire videatur. An tantum ſãguis Sincerus in venis contineatur? Cæteri verò humores patentia? vt Ariſt: ſentire videtur: an alijs miſtus humoribus? vt Galeno, & Hippo: tribuunt. Ita vt bilis vtraq; & pitui ta actu in venis ipſis exiſtat? Quam quæſtionem ego perſpiciens magnæ vtilitatis, & neceſſariam. Notum enim fit nobis quomodo nutriatur, augeatur, corpusq́; conſeruetur. Siquidem ex quibus, clauduntur in venis hæc omnia fiunt. Non enim tan tum Homo ex illis generatur, ſed nu tritur, ac conſeruatur in vita. Patebit nec non quomodo ſanitas quomo doq́; ægritudo atq; plura alia in arte ſcitu, Et memoratu digna. Hanc ob cauſam decreui quæſtionem hanc per tractare, vbi ſanguinem tantùm & pi

tuitam

tuitam inuenis cõtineri actu euidentissimè probabo. Sed pro tantę dubitationis enodatione, morem seruabo antiquorum ambigua semper distinguentium. Terminos declarabo: Sic enim clarior fiet sermo noster & luculentior cunctis. Id quod Arist. præcipit, & Gal. fecit libello illo. An ars tuendę sanitatis pertineat ad medicũ, vel ad gynnastam: alijsq; in locis. Oportet ergo primò, quid per sincerum sanguinem intelligimus, manifestum facere: secundo quid per uenas, tertiò quid per potentiam, quartò quid per alios humore, & vt à sanguine initium capiamus, Gal: primo de natura hum: bifariam ipsum capi dixit: primo modo ꝓ massa omniũ humorum, in quo vtraq; bilis, & pituita inest. dicitur tamen sanguis, ex quo alios succos excellit, suaq; quantitate superat, & rubro confundit colore. Altero modo pro puro sanguine, sinceroq; alijsq; humoribus minimè

mè confuso. Hic sincerus dicitur san guis, quia alijs non est mistus humoribus, vt dictionem hanc sincenum .3 epid: com: pri. & .2. progn: 38. optime declarat Gal: (& si quandoq; sincerum pro atro accepit,) vt in Philisco pri. epid. com: 2. de stilatione exnaribus) Hunc sanguinem sincerũ & absolutum ab alijs & separatum intelligimus in Titulo quæstionis. Per venas, non minus arterias intelligimus ac venas. In omnibus enim san guis reperitur, vt proprio lib. Gal. de mostrauit. Verum venas hominum optima sanitate fruentium minimeq; affectorum. Cum in his nulli dubiũ est sincerum minimè reperiri. Vertitur namq; sanguis cum putrescit, pars tenuis in bilim, crassa autem in humorem melancolicũ, vt Gal: 2. de differ. feb: Per potentiam verò intelligimus (licet Arist. quatuor modis capi asserat.5. Metha.) nos tamen accipimus illam pro potentia passiua, & vt

actui

actui opponitur: (actus enim & potentia ſunt differentiæ valde oppoſitæ) Exempli gratia bilis actu in venis ſanorum non eſt, ſed potentia: quia pars tenuiſſima ſanguinis cùm putreſcit. fit Bilis. Et craſſa fit humor melancolicus, ex quo potentia ſunt, quia ſanguis in eos vertitur. Per humores verò de vtraq; bili verba facičtes naturales humores intelligimus, vt de bili flauam, & pallidam, cùm vtraq; naturalis ſit. Vitellinam veró porraceam, eruginoſam, yſatidem, quam.10. ſimpli: braſſicæ colore magis fuſcam appellat, nec non & rubram & ſi iſtarum aliquæ nonnulli in ventriculo tantùm generari aſſerant, quandoq; inuenis generãtur, vt apertè Gal. 3. Pronoſt. 39. cùm preter naturam ſint, à noſtro ſunt propoſito explorandæ: de his enim nõ loquimur. Et quod de bili dicimus, iddẽ de humore melãcolico, nam & hic cũ naturalis reperiatur & præter naturã, de

natu-

naturali tantum nostra erit oratio, facta prius distinctione inter ipsum & sanguinem nigrum. cum valde distēt, vt bene Hipp. & Gal. 4. Aphor. 21. & .23. qui semper in venis est. cum pars sit sanguinis, at naturalis humor melancolicus, & bilis naturalis dubitationem non paruam faciunt. si actu reperiuntur in venis sanorum: cùm quæ præter naturam sunt, nullus sanę mentis inveniri dubitabit: cum morbos pariant. Non eodem modo de pituita loquimur, nàm cùm hæc triplex sit, naturalis, præter naturam, & excrementitia, naturalis, vt insipida, præter naturam, vt dulcis, Acida, vitrea, salsa. Excrementia vt gipsea, muccus, & quæ in vētriculo generatu: quæ pręter naturam est, dubitationem facit, an in venis sit sanorũ: Cum insipidam nemo neget est enim Aquea pars sanguinis, siquidem sanguis est diminutè coctus: ex quo habet sanguinis formam imperfectam tamen.

men, & cum formam habeat ſanguinis ſemper cum ipſo erit, hæc poteſt verti ob aliquam cauſam præter naturam. antequam ſanguis perfectè fiat in præter naturæ formam, ex quo Pituita præter naturam potentia eſt in venis. Quæ verò excrementitia dicitur: neq; potentia, neq; actu inter venas reperitur. Eſt ergo quæſtionis intellectus, An ſincerus ſanguis ſit actu in venis ſanorum? reliqui verò humore, vt bilis flaua, & pallida, & humor melancolicus, qui naturales ſunt, & Pituita præter naturam, vt dulcis acida, vitrea, ſalſa, non ſint actu, ſed potentia, an omnes ſint cum ſanguine in ipſis venis, non quod fieri poſſint, ſed actu ſint. Sed ante quam in longius ſermo protrahatur, diceret aliquis: dixiſti, pituitam in ventriculo genitam fore excrementitiam, & minimè inter naturales humores connumerandam: hoc Apertiſſimis verbis Gal. pugnat libello de

Atra-

A trabile, & de natura humana. Qui bus in locis asserit pituitam in ventri culo generari, & 2. de natur. facul. vbi humorum ortum, & locum decla rat, pituitæ locum ortus ventriculo tribuit. Hoc iddem asserit. 3. temp. 4. licet clarius illud asserat libello de atra bili. vt hoc clare, & apertè diluci detur oportet notare, quæ Gal. 2. pro gnost. pri. de cibis boni & mali succi cap. 3. & 3. de sympto: causis scriptũ reliquit. Triplicem fore concoctio-nem nutritioni, vt fini seruientem quibus singulis sua propria antecedit præparatio, suus genitus humor, suũ excrementum succedit. Prima omni um est, quæ in ventriculo fit: præpa-ratio, est quæ in ore fit mansio: hu-mor genitus siue succus, chilosa est ma teria: quæ postea per venas sursum ad epar fertur, huius excrementum sunt fæces ipsæ per aluum deiectæ. Se cunda in iecore celebratur epar enim propria, insitaq; facultate, eiusq; in-

nato

nato Calore Chilum ex ventriculo ad se ipsum distributũ, attractumq́; al terat, concoquit, ac in veram sangui nis speciem, formamq́, vertit, atq; permutat. (trahunt enim partes quęli bet sibi nutrimentum propria faculta te, cùm innatam eam habeant, & non aliunde influxam, vt pri. de loc. affec. vlti. & .8. per loca) Huius præparatio est in venis miseraicis mutatio facta. Humor genitus est sanguis, excrementa sunt bilis flaua, quæ àchisti trahitur fellis: humor melancolicus fęci vinariæ similis, qui àliene: vrina à renibus per venam emulgentẽ tracta. Pituita verò cùm finem habeat sanguinis vt puta nutritionem vnà cum sanguine tendit, ab illis puro, sinceroq́; . Exemplum ducebat Gal. 2 na tur. facul. 9. & .4. de vsu par: musti qui cum duorum sit mensium à floribus, parteq; fæculenta separatũ semꝑ in ipso pars quędã remanet aquea, quæ dierum numero euanescit. Cum

vini

vini calore concoquatur: vt clare patet. Nam vinum quo antiquius, eò calidius aquea parte assumpta vt .7. metho: Gal: sic in sanguine, à quo vtraq; bilis secreta, separataq; est pars quædam Aquea permiscetur, hæc Pituita dicitur naturalis, cui nullum natura dedit receptaculum, cùm sit quasi dimidio coctũ alimentum. est enim sanguis diminute coctus: quæ cũ sanguine per venas tendens, & arterias nutrimenti defectu ipsa vtitur natura: & in verum sanguinem vertit, vt ... natur: facul: vlt. Est tertia, quæ singulis fit partibus, quibus sanguis appositus, agglutinatus in idoneam partis substantiam assimilatur, atq; conuertitur. Huius præparatio est quæ in venis mutatio fit: humor sunt humiditates ipsæ nutrimentales, excremẽta verò, & quæ insensibiliter euaporant. et quæ cuti adhærescunt sordes numcupatæ. nec nõ sudores reliquiæ serosi humoris, qui gratia distributio-

 nis

nis admiſcētur. vt. 3. Aph. 15. &. 4 de vſu part: verùm enimuerò alia quędā ſunt partium excrementa propria, vt lienis, quæ in ventriculo regurgitat. pulmonum, ſputa quotidiana, cerebri id quod per nares, & palatum expellitur. quæ proprie muccus, & non pituita dicitur: vt. 3. de ſimpt: cau: Pituita enim non eſt, licet pituitæ tēperamentum acceperit: cum in ſanguinem minimè conuertatur: imò incuneatur potius, ac ingipſatur. Ventriculi verò, & inteſtinorum eſt quæ euomitur, nec non per ſeceſſum expellitur: quæ ne ſuccus quidem dici meretur, cum primæ coctionis fruſtamentum ſit. Nequit enim à natura vinci, vel ratione imbecillitatis, vel ratione cibi, vt puta craſſi, tenacis, coctionisq; inepti. Hæc mea non ſunt, ſed paſſim Gal: 4: de vſu Par: & 2. de natur. fac: ex quo dicimus pituitam verè in epate generari, labiq; cū ſanguine, ipſa ſiquidē natura vtitur.

alimo

alimoniæ defectu. quam vero ventriculus generat. vt diximus, ne succus quidem dici meretur. Imò cum in sanguinem non conuertatur. Pituita præter naturam & appellatur, & est
„ & quòd ita sit, audi Gal. verba. 2.
„ nat: facul: vlt: Sanè quod Pituitã
„ expurget natura nullum instrumẽ-
„ tum condidit propterea quod fri-
„ gida humidaq; est, ac veluti ex di-
„ midio coctum alimentũ. desiderat
„ igitur: Talis succus non vtiq; va-
„ cuari, sed in corpore manens alte-
„ rari. Excrementum verò, quod à
„ cerebro destillat fortasse ne pitui-
„ tam quis rectè appellabit: sed si-
„ cuti nominari solet muccum, & de
„ stillationem. græce corizã. Quin-
„ etiam quemadmodum quæ in ven
„ triculo, & intestinis creata Pituita
„ comodissimè, ac celerrime euacue
„ tur, Naturæ commentum in ijsdẽ
„ voluminibus mõstrabitur. Quòd
„ igitur in venis pituita fertur, cùm

,, ſit animalibus ex vſu, nulla euacua
,, tione eget. Sanè animaduertere
,, hoc loco, ac ſcire oportet, tamquã
,, ex bilis generibus aliud vtile, natu
,, raleq; in animalib⁹ eſt, aliud inuti
,, le, ac præter naturam: ſic Pituitę,
,, quod dulce eſt. id ſalutare eſſe ani
,, mali, & naturale: quod acidum,
,, ſalſumq; eſt: Acidum quidem
,, omninò crudum eſſe: ſalſum verò
,, computruiſſe. Porrò omnimoda
,, cruditas pituitæ eſt intelligenda,
,, quæ in ea concoctione incidit, quę
,, in venis agitur. Non autem ea,
quæ prima quæq; in ventriculo perfi-
citur: cùm ſi hac deficeretur: ne ſuc-
cus quidem omninò eſſet. Ex quibus
verbis clare patet, cuntis pituitam
naturalem, & quæ ſanguini pro nutri
mento deſeruit in iecore generationē
habere: excremētitiam verò cum prę
ter naturam ſit, in ventriculo, ac inte
ſtinis. Hanc naturæ alienam pituitã
Gal: intellexit locis per eos citatis,
coq;

eoq; magis cùm locus ſit proprius iſte aliiſq; in locis curſim loquitur:ac præter inſtitutum & intentionem: cum alia intendat probare. redeundo igitur ad propoſitam quæſtionē, hancq; tamquàm notā miſſam faciendo ſe ſe pluſquam commentator offert .2. ar: med: 44. nouum in medium afferens dogma. ſanguinem reperiri negans: quo dempto remotoq; fruſtrà laboramus, cùm ſubiectum ſit quæſtionis: & de non ente nulla eſt ſcientia vt pri. poſt: Ariſt: quæ opinio cum veritati bonisq; authoribus omnibus ex diametro diſtat: ipſam primo examinabimus: & quo ad imbecilles noſtræ vires poſſunt: explodemus: oſtenſurus ſanguinem tantum ſincerum in venis reperiri ad Gal: mentem. cum Ariſto: ad hanc ſententiam ire pedibus nullus eſt qui ignoret. Aſſerit Turiſanus ipſe ſanguinem purum nullo pacto inueniri, ſed in venis tres tantum ſunt humores actu utraq; bilis,

& pituita: quibus mixtis, & contẽpe-
ratis, resultat massa quędam humorũ,
quę sanguinis temperamentũ habet:
propter quod dicimus quandoq; san-
guinem biliosum, melancolicum &
pituitosum: & si quandoq; tempera-
tum dicimus, illud erit propter de-
centem proportionem mistionis triũ
humorum, & hoc est, quod dicitur
sanguis absq; additione hac colericus
pituitosus, & melancolicus: re vera,
tamen sincerus sanguis purusq; mini-
me datur: & pro hac fulcienda opi-
nione multas adducit rationes: qua-
rum prima est, à secundum quid ad
simpliciter, vel à destructione conse-
quentis ad destructionem anteceden-
tis huiusmodi. Si daretur sanguis pu
rus, reperiretur quandoq; solus, & se
paratus, sed numquàm solus reperi-
tur, ergo non datur sanguis. 2. arguit,
nam sanguis dum è vena emittitur,
siue corrumpatur, numquàm reperi-
tur, nisi in tres substãtias segregatus,
sicut

ſicut vinum: quantumcumq; deſęcatum in tres partes ſeparatur: in florē fæcem, & vinum .3. lac quod nihil aliud eſt: quà ſanguis in mammillis à propria eorum ſubſtantia iterum decoctum, & albificatum: non diuiditur niſi in tres ſubſtantias, vt puta, Caſeum, Butirum, & ſerum .4. cuilibet humori propria reſpondet ſuperfluitas. ſcilicet hipoſtaſis aquea, & colerica. ergo tres tantum ſunt humores: nam ſi daretur quarta ſubſtantia, vt puta ſanguis, daretur ſuum proprium excrementum, ſed nullum ei datur excrementum proprium, ergo nō datur ſanguis purus .5. ſi daretur quartus humor ſcilicet ſanguis reperiretur aliquod pharmacum laxatiuū, quod illum educeret. ſed hoc latet adhuc medicos, ergo non datur ſanguis purus .6. ſi daretur ſanguis purus, daretur febris genus quartum ſeparatum à tribus illis generibus febrium, vel continuę, vel intermictentis: ſed non

datur quartum genus febris, quod patet, cùm tria tantùm ſint genera febrium, vt tertiana, quartana, & quotidiana, & hæc ex proprijs fiunt humoribus, & nulla ex ſanguine: ergo non datur quartus humor abiſtis diſtinctus. Hæc fuit Monaci noſtri opinio quo ad potui breuiter recitata: quæ quantum à veritate diſtat optimus quiſq; vidit etiam parum in doctrinis verſatus. Quod primo patet ex neceſſitate materiæ, quodlibet enim ex quatuor componitur elemētis. In quatuor ergo partes reſolui debet, ſed chilus quoddam compoſitum eſt, ergo in quatuor partes reſolui debet. quod igni aeri, aquæ, & terræ correſpondeat. Vt bilis, ſanguis, humor melancolicus, & Pituita. Patet etiam & ſecundo neceſſitate finis. ſiquidē omnia membra ſanguine nutriuntur, vt 3. natur. facul: vlt. aliisq; in locis Gal: fatetur. & quia Gal: negare poſſet: ſaltem membra conſi-

milia

milia temperamento, vt Caro, & Cutis illo nutriuntur. nec vero cōsonat quod dicit, non reperiri solus, ergò non reperitur. Cum arguat à secundum quid ad simpliciter. non enim bene profertur, Coriscus nō est bonus musicus, ergo nō bonus: Ita de sanguine, non reperitur solus, ergò non reperitur, non tenet consequentia. Et si dicis quod arguit à destructione cōsequentis ad destructionem antecedentis, neq; valet, cum antecedens sit falsum. Imo aliud dico quod latius infra patebit, falsum esse & erroneum asserere sanguinem solum nō reperiri, cum in venis sanorum tantum sanguis purus & sincerus contineatur. vt ad Arist: & Gal: mentem lati⁹ patefiet ex quo tota ratio sua est falsa. Nec secunda ratio tenet quia in Sanguinis missione, sanguis tantum apparet, & serosa humiditas: reliqui verò humores non. quod patet: quia sanguis tantum concrescit, reli-

qui

qui humores minime vt bene Galenus de atrabile. si enim illi adessent non concrescerẽt, sicuti in alui deiectionibus non concrescunt. Ad tertiã rationem dicimus lactis naturã ignorare vel nescire simulat, licet enim ad sensum: tres tantum substantiæ in lacte notæ fiunt. alia quædam aquea inest: quæ cum caseosa parte remanet: & temporis diuturnitate consumitur. vt bene Gal. 4. simpl. cap. 3. ex quo quatuor sunt in lacte partes, & non tres: vt ipse malitiosè sentit. Ad quartam quot verba, tot errata parcat mihi reuerentia sua. Dicimus bilim vtrãq; & hipostasim, cęteraq; omĩa excrementa corporis: sanguinis fore excrementa & minime cęterorum humorum quandoquidem natura, sanguine solo pro nutrimẽto vtens: quo propriam substantiam continuo deflu entẽ restauraret. continuo illum defecando procedit: quousq; ipsum assimilet, partesq; nutriat: ex quo plura

condi

condidit receptacula: quædam largiora,ſtrictiora quædam: vt primæ coctionis: cum excrementa ſint craſſiora fecit inteſtina. Secundæ coctionis in qua ſanguis perficitur: tria fecit receptacula ſtrictiora: cum excrementa tenuia ſint. lien in quo craſſior pars reſidet: veſſica fellea, in qua bilis: venas per quas ſanguis. qui diſſimilis ad huc ſubſtantiæ. iterum decoquitur ad cuius ſuperfluitates expellendas, natura, poroſitates fecit. quibus tertiæ coctionis excrementa expellit, vt primo ſanit. tuendæ Galen. Itaq; excremēta quælibet ſanguinis ſunt. ſicut & hipoſtaſis excrementum eſt ſanguinis & non aliorum humorum actu niſi potentia, eſt enim hipoſtaſis excrementum alimenti quod in ſanguinem fugit verſionem. vt pri. prognoſt. vlti. Ad quintam dicimus rationem eſſe nullius opere prætij, imo Gal. temporibus in ventum fore ſimplex quoddam quod ſanguinem educebat. Prę-

ſeſq;

ſesq; illius ciuitatis inuentorem vin-
tis manibus, oculisq; ne iter agendo
illam doceret: morte multauit. vt li
bello de purgante medicamentorum
facultate, & conciliator differentia.
144. ſua tempeſtate inuentam fuiſſe
herbam ſanguinem educentẽ aſſerit,
quam & ipſe non ignorabat. Noluit
autem poſteris comunicare propter
inde forſan magnam euenturam no-
xam. Ad ſextam non dari febrem ex
ſanguine. fingit Galen. non intellige
re, oſtendat quæſo locum quo ipſam
Galen. negauit, imo & interpellatam
concedit & continuam vt bene legen
ti. 12. 2. de diff. feb. manifeſtum fit
quo in loco ita alloquitur. ita in ſan-
guine putrefacto ſolent accidere fe.
„ bres, ſiquidem ephemeras eo tan-
„ tummodo calefacto: non autem
„ putreſcente fieri dicebamus, in pu
„ trefactionibus autẽ nam & ſangui-
„ nem quandoq; putreſcere eſt ne
„ ceſſarium. quęrendum quæ nam
ſit

ſit harum febrium ſpecies. Itaq; minime Galen. febrem ex ſanguine abnegat. verum enim verò querit: quę periodum ſeruat, & an quartum faciat febrium genus. & parum infra eiuſdem cap. febrem intermittentē ex ſanguine concedit inquit. Quare non procul à vero eſt exiſtimandum ſanguinem ipſum nonnunquam in his quæ inflammationem patiuntur particulis ſubire putredinē. ex qua ſimpliciores quidem quàm ex alijs humoribus febris fieri & alia, & .9. metho. non ne ponit curationē et ſigna continentis febris, quā in tres ſpecies diuidit vt ibi quiſq; videre poteſt, quās omnes ex ſanguine ortum habent vt Galen. fatetur. imo aliud dico quod alias forſan probabitur. dari quartum genus febrium diſtintum à tribus illis generibus; vt puta .3a.4a. & quotidiana, cū detur febris continens nullum harum ſeruās periodum ſed continuo egrū

affiti-

assitiens sed de hoc alias quomodo ergo negat ex Galen. mente febrem ex sanguine. Hac missa & derelicta opinione veluti à veritate aliena, probare conabimur iusta Arist. mentem sincerum tantum sanguinem in venis cõtineri; reliqui verò humores potentia præter pituitam: quæ sanguinis dimidiatam coctionem adepta: non est ab eius mistione separanda. Nec nobis Negotium facessent rationes nitentium ad Hippo. mentem probare omnes quatuor actu, in ipsis reperiri cum facilius enodentur. eoq; comodius cum Galenus tantum abest, vt ab Arist. mente discrepet vt in eadem sententiam concurrat pedibus veluti expeditissimis, vt per tot loca patefiet ex suis excerpta commentarijs & siquis est pro eis locus graui est Notandus calamo, nec cursim legendus. & prima ratio ex vsu cum humorum tum venarum sumitur. Venæ ipse vt Galen. vbiq; fatetur nutrimentum de

ferunt

wel ervaernen Doctoor

D.IOANNES TAGAULTIUS, Me

Den eersten Boeck.

Vande tumeuren ende gheſwillen, die l
den eyſch der natueren hebben.

Den tweeden.

Vande verſche of bloedige wondē int ge

Den derden.

Vande ulceren te gheneſen.

Den vierden.

Dulcia tantum nutriunt amara acerbaq; minime: ſanguis dulcis, bilis vtraq; amara acidaq; ē. fit enim nutritio per aſſimilationem nutrientis & nutriturι. dulcia ergo tantū nutriunt cum calida ſint & humida naturę humanę ſimillima. Præterea ex quibus ſumus, ex eiſdem nutrimur, at ex ſanguine ſumus, ex ſanguine ergo nutrimur. quod ſumus ex ſanguine, ne Ariſt. in cauſa propria iudicem aducamus, oſtēdit Galen. 2. Natural: facul: 3. contra Eraſiſtratum his verbis.
„ Natura nullius materiæ veterē for„
„ mam ſeruat: quippe ita ſanguinis
„ eſſent cunctæ animalium particulę
„ is ſcilicet qui à matre confluit ad
„ maris ſemen, vna vniusq; formæ
„ materia cærę vice artifici ſubiecta.
„ Nulla verò animalis partium pro
„ ea ratione ex hac rubra humidaq́;
„ efficitur. Siquidem os, carthilago,
„ arteria, vena, neruus, adeps, glan-
„ dula, membrana, exanguia quidē

ſunt

ſunt ex ſanguine tamen facta. Ecce dicit omnes partes eſſe ex ſanguine. ergo ex ſanguine nutriuntur. Sed di cet aliquis ſtatim Gale. in hoc ſibi cō tradicit ſiquidem in libris de ſemine: aperte diſputat & ex propoſito contra Ariſt:partes per te enumeratas ex ſemine fieri & minime ex ſanguine cum ex iſto tantum carnoſę fiant, hic verò oppoſitum ſentire videtur. Præ terea nec argumentum concludit: ſu mus ex ſanguine, ergo ſanguis tantū nutrit.quia Galenus intelligit per ſan guinem maxam omnium humorum: qui ex quo reliquos humores ſua quā titate ſuperat: dicitur ſanguis, vt primo de natura humana com.28. his

„ verbis. Pro eo verò quòd ex ſan-
„ guine, ſemen genitum eſt qui ex
„ ſanguine fætum generari dixerit
„ rem ipſam dicere videbitur. Sed
„ non ex mero quidem ſanguine ſed
„ ex eo qui per excellentiam, nomē
„ eſt ſortitus,ergo non ſanguis tantū

nutrit : ſed reliqui humores ſimul. Vt primo ad contradictioné Reſpondeamus cum abſurdum ſit tantum virum in contradictionem relinquere. Nonnulli ita respondere conantur. Galenum opus edidiſſe propium : in quo ſuam iecit optimus fundamentis opinionem qui liber de ſemine inſcribitur carnoſę tantũ partes ex ſanguine fieri, reliquæ verò ex ſemine. In libris verò Naturalibus & ſi contrarium videatur aſſerere: cum diſputatio ſit cũ Eraſiſtrato qui ex ſanguine omnes partes, fieri arbitrabatur : proprijs fundamentis cum ipſo agit. ex quo non mirum ſi aliter ſentit quàm in libro de ſemine, cum ad hominem arguat. ſua tamen opinio firma manet quam inde ſemine ſcripſit. Sed qui ita dicunt, neſcio quomodo Galeno reſpondebunt primo de nat: humana com. 28.vbi tandem à veritate coactus declarat omés partes fieri ex ſanguine,quaſi ſeipsũ exponés & quæ

in libro de ſemine, & duas tribuit reſ pōſiones. prima omēs partes fiūt ex ſanguine: q̃a ſemē ſi cū ſanguine cōfe ratur, valde paruū eſt, nec nō ſanguis illum nutrit & fouet, & quatenus ſanguis ē maior & ſemē ipſum alit & nutrit: omnes fiunt ex ſanguine, ſed q̃a animus ad hanc non quieſcebat, inquit aliter dicamus, re vera omnes partes fiunt ex ſanguine: quoniam ſemen materiam habet vnde generetur ſanguinem ipſum & quatenus ſanguis materia eſt ſeminis omnes partes fiūt ex ſanguine cuius ſermo eſt. In commentarijs enim de ſemine, pleraſq;
„ partes corporis ex ſemine apertū
„ eſt fieri, cum ſole carnoſę ex ſan-
„ guine fingantur. at quatenus ſemi-
„ nis parua eſt In vterū deiecta mo
„ les, nutrit autem iſtud, & amplifi-
„ cat ſanguis, hactenus corporis par
„ tes ex ſanguine prope omnes fingi
„ dixeris. Pro eo verò quòd ex ſan
„ guine ſemen genitū eſt, qui ex ſan-

„ guine fœtum generari dixerit, rem
„ ipsā dicere videbitur. Ecquis erit
adeò proteruus, & contumax: qui
hūc locum enarratiuum librorū de se
mine negabit. Hoc igitur mihi in ma
teria hac non absurdè dici posse vide-
tur. Quaslibet nostri corporis partes
ex sanguine veluti ex materia fieri &
formari: verū carnosę primo & per se,
pauca mutatione præcedente: reliquę
verò secundario multis præcedenti-
bus mutationibus. ex quo luculentū
est nullam inter hæc loca extare con-
tradictionem, nec inter ipsum & Ari:
nisi penes proximam & remotam ma
teriam: non penes rem in se: cum in
eandem deueniant sententiam. &
quòd ita sit omnes partes fieri ex san
guine audi quæ .3. Naturalium facul.
asserit Gale: quo in loco ex profexo
hanc tangit veritatem: declarans quo
modo alatur corpus & minime cum
„ Erasistrato agit. inquit. At carnes
„ omniū quidē, tum viscerum, tum
muscu-

„ muſculorũ, ex ſanguine ipſo nutri
„ untur exiguam alterationem con-
„ ſequuto: oſſa verò quo nutriantur
„ numeroſa quæ intercedat mutatio
„ ne egẽt, eſtq́; qualis carnibus ſan-
„ guis, talis oſſibus medulla, ſcilicet
„ in ijs quæ parua ſunt ſinusq́; exper
„ tia, cauernulis eorum inſperſa in
„ magnis verò & quibus ſinus non
„ deſunt, vtiq; in ipſis collecta, ſicut
„ enim in primo monſtratum eſt li-
„ bro cap .10. quibus ſimilis eſt ſub-
„ ſtantia, his mutari inter ſe fas eſt,
„ quibus plurimum eſt diſcrimen in-
„ ter ipſa, ea fieri ſimilia citra omnes
„ quæ in medio ſunt mutationes
„ non poſſunt. Tale quidem & char
„ tilagini eſt mucoſum illud quod ei
„ circumfunditur, præterea ligamen
„ tis, menbranis, & neruis lẽtus hu-
„ mor qui in ipſis inſperſus viſitur,
„ ſingula namq; horum ex multis cõ
„ ſtituntur fibris: quæ & ſimilares
„ partes ſunt, & verè ſenſibiles, in

medijs verò earum ſpatijs : qui maxime nutritioni ſuccus conuenit, eſt inſperſus, hunc verò ex ſanguine traxerant venarum, electo inde quo ad potuere ſibi quàm ſimillimo, aſſimilant autem ſenſim, atq; in ſuam naturam mutant. ergo omnes partes ex ſanguine fiunt cum omnes ex ſanguine nutriãtur. vt apertiſſimis verbis Gal. hic inducit & .2. de elemen. cap. pri.
„ inquit. Quòd quidem igitur ex
„ ſanguine matris omnes animaliũ
„ ſanguineorum partes ſint genera-
„ tæ : cuilibet eſt manifeſtum. Sed ſtatim inſurget aliquis verum eſſe ex ſanguine omnes partes nutriri verum non ex ſanguine puro & ſincero ſed alijs miſto humoribus. vt Gale. primo de natura hum. loco ſupra citato. Huic ſuperius motæ dubitationi reſpondemus & dicimus Galenum ſemper odio proſequutum eſſe maximo Ariſtot. ex quo primæ ei in philoſophia referuntur hanc ob cauſam inui-

dia

dia motus continuo cum ei occaſio præbetur ab eius opinione diſſentit. Ariſt: opinio fuit vt .4. de part. cap. 2. intueri licet ſanguinem tantum nutrire, ſolumq́; & exquiſitũ per venas ſanorum meare. id quod ex ipſo met Gal. locis infra citatis cũ & ipſe eiuſdem ſit opinionis audietis. & ſi loco prote citato & cap. pri. 2. de elementis aliter sẽſerit: nil mirum: cum amore fuerit ductus hippo: & quòd ita ſit audi quæ pri. cap. 2. de elem. Quòd

„ quidẽ igitur ex ſanguine matris:
„ omnes animalium ſanguineorum
„ partes ſint generatæ: cuilibet eſt
„ manifeſtum. cum verò hic ſanguis
„ participet & pituitam & geminam
„ bilim, non abſq; ratione, hic eſt or
„ ta diſcordia non nullis ex ſolo ſan
„ guine nos eſſe genitos, non nullis
„ verò ex quatuor humoribus aſſeue
„ rantibus. Non poſſumus autem
„ equè in his oſtendere veritatem ſi-
„ cut in primis elementis, nam ſer-

mō vterq; habet probabilitatē, ipſe tñ hic ad Hippo: deflectit ſententiā, multasq; ducit rationes quas inferius ſoluemus, ſicut & pri. de natur. hum. qui locus nullum nobis negotium faceſſit cum hippo: exponat qui huius forſan erat opinionis, vt ipſe pri. cap. 2. de elem. & offitium expoſitoris ſit omnia quæ autor dicit iuxta authoris intentionem enarrare: etiam ſi falſa & erronea ſenſerit authoremq; minime increpare etiam ſi ipſe vera dixerit & fortiſſimis nixus rationibus, ſic enim non interprætare, ſed contra dicere eſſet, vt pri. prognoſt. Gal. com. 5. & quòd ita ſit lege quæ. 2. Naturaliū facul. cap. 2. vbi negat aliquo pacto bilim per venas meare his verbis. Nam quomodo quæſo videatur
„ animali proſpicere, ſi tam noxium
„ humorē, vna cum ſanguine aſcendere in corpus permictat, &. 5. apho. 37. & .14. de vſu part. 8. & pri. ſanitatis tuendæ .9. dicit fętum ex ſanguine

guine tantum puriſſimo nutriri, raro verò impuro ſanguine & hoc ratione defectus, & tunc intemperantior fit & morboſus vitioſo nutritus ſanguine, niſi ſi quæ eum geſtat in reliquo geſtationis tempore: ſalubribus vtatur alimentis, vt pri. de ſympto. cauſis cap. 7. Sed quia hæc clara ſunt clarioraq; fient inferius: audi rationes. Si bilis vtraq; actu & non potentia eſſet in venis vna cũ ſanguine, ſanguis eſſet amarus alioq; affectus ſapore, quemadmodum ſi fellis tantillum in lactis quantitate non pauca iniiceretur, lac redderetur amarum, ita & ſanguis, at ſanguis corporis ſani omnis eſt dulcis: vt cuiq; guſtanti ſi verum fateri voluerit patet notumq́; eſt. ergo bilis cum ſanguine actu non eſt,& ſi bilis non quare alij vndè priuilegiũ hoc. Præterea ſi vera bilis vel humor melancolicus actu cum ſanguine permaneret, corpus flauo vel nigro defœdaretur colore. vt in icteritia humore

mo vterq; habet probabilitatẽ, ipse tñ hic ad Hippo: deflectit sententiã, multasq; ducit rationes quas inferius soluemus, sicut & pri. de natur. hum. qui locus nullum nobis negotium facessit cum hippo: exponat qui huius forsan erat opinionis, vt ipse pri. cap. 2. de elem. & offitium expositoris sit omnia quæ autor dicit iuxta authoris intentionem enarrare: etiam si falsa & erronea senserit authoremq; minime increpare etiam si ipse vera dixerit & fortissimis nixus rationibus, sic enim non interpretare, sed contra dicere esset, vt pri. prognost. Gal. com. 5. & quòd ita sit lege quæ. 2. Naturaliũ facul. cap. 2. vbi negat aliquo pacto bilim per venas meare his verbis. Nam quomodo quæso videatur ,, animali prospicere, si tam noxium ,, humorẽ, vna cum sanguine ascendere in corpus permictat, & . 5. apho. 37. & . 14. de vsu part. 8. & pri. sanitatis tuendæ . 9. dicit fętum ex sanguine

guine tantum puriſſimo nutriri, raro verò impuro ſanguine & hoc ratione defectus, & tunc intemperantior fit & morboſus vitioſo nutritus ſanguine, niſi ſi quæ eum geſtat in reliquo geſtationis tempore: ſalubribus vtatur alimentis, vt pri. de ſympto. cauſis cap. 7. Sed quia hæc clara ſunt clarioraq; fient inferius: audi rationes. Si bilis vtraq; actu & non potentia eſſet in venis vna cũ ſanguine, ſanguis eſſet amarus alioq; affectus ſapore, quemadmodum ſi fellis tantillum in lactis quantitate non pauca iniicere tur, lac redderetur amarum, ita & ſan guis, at ſanguis corporis ſani omnis eſt dulcis: vt cuiq; guſtanti ſi verum fateri voluerit patet notumq́; eſt. ergo bilis cum ſanguine actu non eſt, & ſi bilis non quare alij vndè priuilegiũ hoc. Præterea ſi vera bilis vel humor melancolicus actu cum ſanguine permaneret, corpus flauo vel nigro defę daretur colore. vt in icteritia humore

more transmiſſo ad cutim veluti totius excrementorũ corporis receptaculum, at ſanis exiſtentibus corporibus nihil tale accidit ergo non ſunt cum ſanguine, niſi potentia. Præterea patet ex venæ ſectione nam cum ſanguis tantum concreſcit: ceteri verò humores minime, vt de atrabile cap. 2. ſi cæteri humores eſſent actu in venis: ſanguis non concreſceret, ſaltim humores illi non concreſcerẽt: ſicuti ſeroſa humiditas concretionem non patitur: & ſicuti in alui deiectionibus non concreſcunt, ſed ſanguis totus concreſcit ergo ſolus eſt in venis. Amplius notum fit ex effectu nutritionis. Nutrimenta enim innata ſunt partes nutritas, trãſmutare, vt ſex rationib⁹ late probat Gal. 30. de ſympto. cauſis. 2. ſi vtraq; bilis nutriret aliquas corporis partes & actu eſſet in venis cum ſanguine, partes nutrite eorum ſapore inficerentur: ſed nulla pars vel amara vel acida guſta-

tur

tur ergo illi neq; nutriunt neq; ſunt cum ſanguine. vt hinc patet error dicentium pulmonem bili nutriri cum tantum ſanguine tenuiſſimo puriſſimoq́; nutriatur. Patet præterea authoritate Gale. qui .10. ſimpl. ſanguinis naturam manifeſtans inquit, intelligendum eſſe de ſanguine animalis ſecundum naturam ſe habentis: cum is re vera ſit ſanguis, nam melancolicus, pituitoſus, & glorioſus aut putrid. ſanguis eſt miſtus ſcilicet ex ſanguine vero & ſucco, aut ſanie illi permiſta, ac ſi diceret loquor de ſanguine corporis ſani. qui vere ſanguis & exquiſites ſanguis, alijs non miſtus humoribus, & nō de ſanguine corporis egri cum ille ſanguis ſolus & exquiſitus non ſit, ſed bilioſus vel pituitoſus & excrementoſus. &.5. de vſu part. cap. 4. inquit cæterum cur excrementum
„ id bilioſum in venas & arterias nō
„ diſtribuatur in illis commentarijs,
„ demonſtrauimus in quibus reliqua

omnia

omnia naturæ opera expoſuimus, intelligit autem tertiũ librum Natural. facul. vbi dixit ſanguinem tãtum nutrire. illa verò minime & .2. eiuſdem vbi dixit quomodo quæſo (loquens contra Eraſiſtratum) videatur animali proſpicere ſi tam noxium humorẽ vna cum ſanguine aſcendere in corp⁹ permictat & . 4. de vſu partiũ cap. 3. & .4. eam quæ In epate fit coctionem declarans, humorumq́; digeſtionem ſegregationemq́; muſti exemplum affert, his verbis. Sit itaq; vinum

„ aliquod nuper quidem ex vuis ex
„ preſſum, ſed infuſum in dolia, ab
„ innataq; caliditate adhuc elabore-
„ tur ac ſecernatur, concoquaturq́;
„ ac ferueat, ipſorumq́; excrementũ:
„ quòd quidem eſt graue, ac terreum
„ (quod opinor fæcem vocant) infun
„ do vaſorum ſubſideat, alterum ve
„ rò quod leue eſt & aereum, ſuper-
„ natet, vacatur autẽ id flos, eſtatq;
„ ſubtilibus vinis vt craſſioribus al-

terum

,, terum ſubſideat plurimum neceſſe
,, eſt. Porrò iuxta exempli ſimilitudi
,, nem, intelligo mihi, deſtributum
,, à ventriculo, ad epar chilon à vi-
,, ſceris caliditate : veluti vinum
,, ipſum muſtum feruere conco-
,, qui In ſanguinis boni generatio-
,, nem. In ebullitione autem hac
,, ex ipſis excrementis, quod fecu-
,, lentum quidem eſt ac craſſum ſub-
,, ſidere, innatare verò quod tenue
,, eſt ac leue & veluti ſpumam quan
,, dam in ſanguinis ſuperfitie flui-
,, tare, ſiquidem veſſica quæ leue &
,, flauum ſuperfluum receptura erat,
,, natura impoſuit epati. ſplen verò
,, qui craſſum & limoſum, actrat-
,, turus erat, maxime voluiſſet ipſis
,, portis ſubijcere: & parum in-
,, fra. Poſtquam igitur depoſuit
,, qui ad paratur in epate chimos .i.
,, humor ad Nutrimentum animalis
,, prædicta duo excremēta & ab inna
,, ta caliditate coctionem exactā eſt
adeptus

„ adeptus : ruber iam & purus ſursũ
„ ad gibbas partes epatis aſcendit
„ ignis in humido diuini portionem
„ ab eodem deterſam colore præſe
„ ferens vt Plato dicebat, hec ibi
„ multaq; alia. Dicit ruber iam &
pur⁹ ſurſum ad gibbas aſcendit & ab
alijs defecatus. ergo purus ſanguis in
venis reperitur & non miſtus alijs hu
moribus, cum illi loca petierint ſua,
& .3. Naturalium facul. cap. 13. de-
clarans quomodo ventriculus tempo
re famis malis repletur humoribus,
„ inquit, itidem venter ex iecore fa-
„ cile trahit, cum hic quidem vehe-
„ menter nutriri appetit: illud nutri
„ mento eſt plenum, ſiquidem ven-
„ triculus excrementis impletur quę
„ ſanies ſunt q̃dã bilioſę, pituitoſęq;
„ atq; ſeroſæ quas ſolas trahenti illi
tum ſcilicet cum nutrimento indiget
iecur remictit. ex quib⁹ verbis tria ha
bemus, primo venas tantum ſincerũ
ſanguinem continere. cum dicat ſa-
nies

nies biliosas iecur transmittere et nō venas ergo in venis nō sunt. habem⁹ pituitam in epate generari: ad confir mationem eorum quæ superius diximus. habemus .3. vtramq; bilim & pituitam excremēta fore sanguinis & licet pituita sanguis fiat: per vlterio rem coctionem tamen excrementum est: cum antequam in sanguinem vertatur: ipsam natura purificat continuo & puriorem in sanguinem vertit reliquum verò expellit partē crassam per vrinam, tenuem per insensibilem traspirationē trāsmittit & per conuenientes reggiones: & .2. apho. 37. exponens Hippo. apho. quare qui sano sunt corpore hi magna cum difficultate purgationes tolerant: inquit nā & vertigines & tormina patiuntur &
„ difficulter his purgatio succedit, &
„ propterea celeriter exoluuntur,
„ fiunt autem hæc omnia purgante
„ medicamento proprium quidem
„ humorem attrahere appetēte, vel

fla-

„ flauam bilem, vel atram, vel pitui-
„ tam, aut aquoſam ſuperfluitatem,
„ quia verò iſti non adſunt ſanguinē
„ colliquat & carnes, vt ex ipſis pro-
„ prium traheret humorem. Dicit ſanguinem colliquat & carnes, ergo in ſanguine non adſunt alij humores actu, quippe qui ſi adeſſent ſanguinē & carnes colliquate minime oporteret, vt de potentia ad actum reduceret, ſed illos traheret, hoc iddem aſſerit libello quos oportet purgare & quando, inprimis verbis, vt cuiq; legenti patet. & .3.de ſympto. cauſis, cap. 2. expulſiuā virtutem declarans poſtquàm morbos ex excremētis redundantibus enarrauit inquit.
„ Atq; ita quidem fit vbi quodq; ex-
„ crementum ſyncerum redundat
„ vbi autem & inter ſe, & cum ſan-
„ guine miſcentur: complures tam
„ ſympto. quàm morborum ſpecies exiſtunt. Inquit cum ſanguine miſcentur, nam corporibus ſalubribus

mini-

minime ſunt cum ſanguine miſti ſed ſeparati.& .2. ad Glauconem cap.10. de cancris ſermonem habens inquit

" Hi verò omnes Tumores ex atre
" bilis ſupefluitate generantur: de
" qua diximus in commentarijs, de
" potent. naturalibus, vbi oſtendi-
" mus hunc humorem dum ſanguis
" in epate fit fæcis vinariæ propor-
" tione generari: ex purgari autem
" à ſplene qui ex eo naturaliter ha-
" bet alimentum. Cum igitur natu
" ralis temperatura hunc humorem
" paucum generauit: & ratio virtus
" ad hibita confert, & ſplen ſatis at-
" trahit ex eo qui generatur nulla
" huiusmodi ſuperfluitas in venis co
" aceruatur. at cum contraria eue-
" niunt, tunc in venis multiplicatur
" & eas de quibus dicturi ſum⁹ facit
" egritudines. quid hoc clarius dice
" re potuit Galenus quo in loco
" manifeſtiſſimis verbis & etiam ce-
" co notis ſuã ſententiam pro noſtra

firmanda opinione declarauit, & libro de plenitudine cap. 11. inquit multitudinem fieri aut quãdo omnes humores equalitet peccant, aut quando solus sanguis cũ reliqui non plenitudinẽ sed cachochimiã efficiunt. hoc iddem confirmat .2. per loca cap.3. his verbis loquens de plenitudine. fit autem quatuor humoribus ex æquo auctis aut etiam sanguine solo, nam cum alius quispiam humor redundarit velut est pituita & flaua bilis itẽq; nigra eiusmodi auctionem siue redundantiam, non plenitudinem neq; simpliciter multitudinem sed cum appositione pituitæ aut bilis flauæ aut nigræ in corpore factam multitudinem dicunt. Potest hoc totum firmari ratione forsan demostratiua. si omnes humores nutrirẽt & actu essent in venis, & minime sanguis solus. primo & per se illud efficerent, & non per accidens & sub alia forma, sed Pituita non nutrit primo & per se & quatenus

nus pituita; ſed quatenus in ſanguinē per vlteriorem coctionem conuertitur. ergo ſanguis ſolus nutrit: ſoluſq; eſt in venis, cum venæ tantum nutrimentum deferant. Hæc raio tex Gal. fundamentis percipitur .2. Naturalium facul. Ex quibus omnibus tũ rationibus, tũ autoritatibus colligi licet iuxta Ariſt. mētem sãgui nem tantum ſincerum in venis contineri. Nec Gale. ad hanc ſententiam ire inficias, vt ex tot citatis locis manifeſtum eſt. Cuius pars tenuis in flauam bilim, craſſa verò in humorem melancolicum vertitur, & hoc vel propter eſtum, vel exercitium, vel laborem, vel rei calidę occurſationē, nec non vehemētem obſtructionem, aliaſq; cauſas tam, non naturales quàm præter naturam. contingit quã doq; nec nõ: quòd aliqua bilis vel humoris melãcolici portio in venas elabatur, bilis quidem, cum iecur inmodico calore fragat ex quo quantitate

peccabit, aut fællis vessicula obstructa
interclusaq; est & bilis in eā permea-
re nequit, vel meatus qui ad inferio-
rem ventriculi ostium eam defert: est
obstructus, vel imbecilior factus, non
valet sanguinem ab humore illo defe
care, ac mundum reddere expurga-
req;. pituita etiam non naturalis cum
vel iecur, vel venæ ob ingentem fri-
giditatem, cruditatē pariunt, ex quo
in illis vel icterita, vt si bilis totum
corpus occupauerit, si verò vnam ali
quam particulam obsiderit erisipela-
ta, & vlcera serpentia. Humor verò
melancolicus si in toto corpore icteri
tiam vel elephantiam, in vna quapiā
particula cancer, alijq; morbi. hic ve
rò vel obstructionem vel leucophlem
matiā si in toto corpore, ī vnica verò
particula Tumor qui ædema dicitur:
qnam indolentiam ac laxum tumo-
rem dicunt, aliaq; morborum genera
fiunt in numera. Sed corporibus sa-
nis existentibus modo vitium non sit
in

in facultatibus vel in cibbo & potu, vel in meatibus, vel propter vitæ rationem vt equitationem piſcationē, venerem, balneas, ambulationes, venationes omnia deniq; in quibus aliquid corpore agimus, nihil horum accidit. ſed ſanguis tantum, ſincerus in venis continetur, cæteri verò potentia, vt ſupra latius probauimus. Sed dices oppoſitum de natura humana fatetur Hippo.cuius rationes aducuntur à Gale. 2. de elementis cap. pri. nam ſanguis quidam certiſſime rubeus videtur, quidam flaueſcit, quidam ad nigredinem tēdit, quidam verò albam ſuperfitiem repreſentat, & non numquàm liuidus apparet totus. ergo in venis omnes ſunt quatuor humores actu. Præterea patet nam ſicui medicamentum propinaueris. talem euacuabit humorem qualem natura actrahere aptum natum erat, vt ſi bilim euacuare volueris, ad hibuerisq; medicamentum bilim eductu-

rum, bilim educet; ſic de humore me lancolico. Ita de pituita aſſerendum, ſiquidem ſi aqua inter cute laboranti bus, vel cancro morbo affectis medicamentum dederis quod illos euacuet humores, certe melancoliam & pituitam euacuabit: ergo in venis alij ſunt à ſanguine humores. Præterea Galenus .2. Nal. facul. cap. 9. poſtquàm humorum generationem declarauit inquit aliquid horum humorum cum ſanguine per venas tẽdere ergo in venis alij ſunt humores: & non ſanguis ſolus. Hoc iddem aſſerit libello de plenitudine vbi omnes quatuor humores eſſe in venis apertiſſimis verbis demonſtrat. ergo ſanguis ſolus & exquiſitus minime reperitur in ipſis. His rationibus & authoritatibus non nulli probare conantur ſanguinem ſolum in venis numquàm reperiri. Sed ſi apertis oculis & nõ conniuentibus Hippo: & Gale: verba mentemq́; reſpitiamus. manifeſtũ fiet omnibꝰ, de corpo-

corporibus egris Hippo: loqui minimeq́; de his qui inculpata ſanitate fruuntur, id quod Gal. ipſe.2. apho, loco citato clare oſtendit. Idem intellectus tribuitur Gale. verbis libello de multitudine reſeratis,ſiquidē cum humores oēs ſunt in venis corpus plectoricum fit & tunc minime ſanum dici poteſt, (licet actionem ſenſibiliter læſam non habeat)cū de facili in morbos incidat. Ad quod verò .2. Natur. facul. dicit, Dicimus de humoribus quantitate peccātibus verba facere, temporibus calidiſſimis, etateq; calidiſſima, his enim temporibus & corporibus bilis & flaua & atra in nō pauca quantitate generatur, quarum cum earum vaſa receptaculaq; prę eorum multitudine non ſint capatia per venas meant quæ poſtea temporis curſu fatiunt morbos: vt bene ſua verba legenti manifeſtum fit. vel poſſumus dicere & verba gloſare:ac ſi diceret non nihil horum cum ſanguine

tendere potentia non quòd actu cum ſanguine tendāt, ſiquidē pars tenuis ipſius in bilim, craſſa verò in humorē melancolicum vertitur. Sed diceret aliquis ſi verum eſſet quod aſſeris Hippo & Gale. de corporibus egris & humoribus præter naturam auctis ſemper alloqui. quare ſanis quandoq; adhibito pharmaco, tales humores educuntur. Dicimus hoc mirum minime videri debet alicui. quandoquidem illi minimè ſani ſunt, ſed egri licet inſenſibiliter: cum humores illi præter naturam ſint & cito egrotare facerent niſi euacuentur, ſicut contingit quibus vel eſtate vel hieme aliquo affici ſolebànt morbo & niſi vel vere vel autumno purgentur. de facili in illos incurrerent vt Hippo: & Gal. 6. apho. 47. & libello quos oportet purgare & quando docent & ſe factitaſſe dicunt. vel dicendum & melius humores illos minime è venis fore eductos ſed vel à ventriculo & inteſti-

nis,

nis, si pituitosa vel à vessica fella, si bi
lis, vel à liene si humor melãcolicus,
à venis verò haud quaquàm, Apti tñ
sunt per venas meare cum multitudi
ne peccãt: quibus in locis postea si pu
trescunt febres generant si verò non.
icteritiam aliosq; cutaneos affectus vt
3. de sympto. causis. Ex quibus iudi
cio meo rationes oppositę omnes ru-
unt, concludamus ergo quoties Gal.
vel Hippo. dicunt omnes quatuor hu
mores esse inuenis: verum dicere de
corporibus egris & potentia nõ actu
oẽs esse in venis cũ hæc sit eorũ opi
nio vt Gal. met. fatetur & supra lati
probatum fuit & rationibus & autho
ritatibus, saguis enim cum diuersa-
rum sit partium pars tenuis ex ira,
exercitationibus, estibus frictionibus,
medicamento calefaciente, & victu
consimili vinis meracioribus, aliaq;
intemperie calida: de facili vertitur
in bilim: sicut crassa in humorem me
lancolicum. Fit etiã frigidior & hu-
midior

midior totusq; pituitosus & ob frgiditatem aliquam recentem & ex otio victu humido alijsq; causis refrigerātibus & humectantibus. In venis itaq; sanguis solus est, potētia omnes humores vt supra conclusum est tum ex Arist. mente tum etiam Gale: sententia quæ ex pluribus locis colligitur & si varius quamdoq; videatur & hippo. amore ductus in eius sententiam ire quamdoq; videatur. Valete.



QVOD SEDIMENTVM

SANNORVM ET EGRORVM eiuſdem ſit ſpeciei.

AGITATA quæſtio eſt, Ne apud iuniores quidem verum enim verò antiquos medicos. An ſedimentum ſanorum & egrorum eiuſdē ſint rationis, & ſpeciei? Quæſtio iuditio meo, non minus vtilis medicis ac neceſſaria, eſt ſiquidem Tertium ſignorum genus: vt puta excrementũ quo & ſalutem & mortem preſentimus. Vnde Magnꝰ præceptor Hipp. pri. Epid. com. 2. coctiones iuditij celeritatem ſecuritatemq; demoſtrant: cruda verò & incocta, & alia. niſi eius cognouerimus naturam, eſſentiamq;. quomodo per ipsum rectè iudicabimus? Eſt & nihilhominus tamen neceſſaria. Veritas enim cunctis in artibus neceſſaria eſt: cum intellectus ſit finis. & Nullus huc vſq; quē vide-

viderim: huius controuersię veritatem ne à limine quidem salutauit. Et si Neotericorum nonnulli cum diuersæ speciei dicant: penesq; materialem causam & efficientem per eos differant: Scopum actigisse iactētur. ipsi mea quidem sententia longè alijs falluntur: tum circa eorum causas, tum generationem. Plusquàm comētator verò licet in parte verum assequatur: in nonnullis tamen (parcat mihi reuerentia sua) defecit. Agendæ tamen sunt infinitæ ei gratiæ: cum cunctis ansam præbuerit, perscrutandi veritatē. Neutri itaq; Iudicio meo veritatem actigere. Ego verò non tantum mihi tribuo, ac vendico: vt istis alioquin viris, vndequaq; doctissimis me doctiorem existimem. neq; hæc perago, vt recentiores scriptores factitare solent: qui passim & vbiq; scaturiūt: nihil aliud edentes quàm meras tum viuentium, tum mortuorum calumnias: tanto detrahendi ardore: vt facile

deprę

deprǽhendantur ob id tantum ſcribē di ſtudio detineri:quo gloriam ſibi ex alieno cōparent opprobrio. Id quod à maiorum noſtrorum moribus erat quàm maximè alienum. Nihil enim quotidie excogitabant, in medi- umq; afferebant, quàm quod artem augeret, ornaret, ac promtius, facili us & clarius explicaret. Sed ne veri- tas (quam tanti fatio) lateat: in me- dium proferam quæ veriora ſentio. Sedimentum ſanorum egrorumq; eiusdē fore ſpeciei & rationis. Tantū penes maiorem, minoremq;, naturę familiaritatem & putredinem diſcri- men habere. cum non penes mate- riam, non cauſam efficientem, non naturæ finem, non formam, non mo dum generationis, non locum gene- rationis, nec ſignificatione differant. At cum iſta tractamus ne latum qu- dem vnguem à Gale: & authoritate, & rationibus diſcedam. Idq; non immerito reuocauit enim veluti ab

infe-

inferis sui ingenij raritate medicinam post hippo: tempore profunda caligine obrutam: vt non inmerito sibi primas in arte hac vẽdicauerit tribueritq́;. Neq; hic discrimen fatiam inter hipostasim, nubeculam, & sublimamentum: cum hæc tantum paucitate, & multitudine excrementi, eiusq; tenuitate, crassitie, & spiritus admistione, materia verò & efficiente, loco, & modo generationis minime discrepent. Esset enim librum ex libro edere. Id quod nonnulli recentiores faciunt qui quotidie libros excudi mandant: nihil suo marte & propria inuentione dicentes: sed tantum describentes aliena. Nec tempus conteram circa vrinę generationis modum, locumq́;. cum clarè pateat: ipsam in epatis generari conuexo: vbi sanguis perficitur. & minimè inuenis: vt nonnulli dicunt: cũ non oporteat entia multiplicare sine ne-
cessi-

cessitate: & quartam ponere coctionem: vt puta vasorum: quorum vrinam faciunt & hipostasim excrementum. Triplicemq; tantum Gale: fecit. vt sexcentis in locis scriptum reliquit. & proprie .3. sympto. caus. 2. quæ verò in venis celebratur: non differre: Sed vnam esse: cum qua in core fit. vt de cibis boni & mali succi cap .3. & .2. prognost. pri. Gale. Coaceruatur tamen in venis, & arterijs cum deseruiat pro vehiculo humoribus. vt .4. de vsu part. 5. ex quibus renes à sanguine secernentes ad vessicam trasmittunt. & si in renibus & vessica tantum vrina dicatur, cùm in venis serosum excrementum vt de lapide renum cap. primo quisquis sit auctor ille siue Galen: siue alius. Hipostasis verò cuius sit excrementum patefaciemus: si primo eius essentiam, quidditatemq; declarabimus. Diffinitiones enim complectę,

&

& perfecte, & essentiales: innatæ sũt redere causam omnium accidentium existentium in re vt bene Auer: 4. phis. & suus præceptor pri. de anima, nec non omne causarum genus conti nent. vt Gal. 4. de differ. pul. 2. pulsuum diffinitiones tradens. & .7. methap. Arist. Est ergo hipostasis Excrementum quoddam crassum ex alimento, quod in epate sanguificationem refugit: propter causam aliquam prę ter naturã: in venis & arterijs: à propria earum facultate: ad eorum naturam quodamodo assimilatum: vt ad propriam substãtiam conuertat. Hæc tota definitio à Gal. traditur: atq; ex eius verbis colligitur pri. prognost. vltimo quæ definitio totã rei essentiã declarat: ac omne quod habet causarum genus. (dico quod habet cum res quæ præter naturam sunt finem desiderent) nec non ex genere constat & differentia. Primo ponitur excremẽtum loco generis, reliquæ verò particulæ

culæ

culæ loco differẽtię. Craſſum ad diffe-
rentiã tenuioris: quod per arteriarum
conſtrictionem & venarum expelli-
tur: à medicis vocatum putrida fuli-
go, vel fumida ſuperfluitas. vt 2. de
cauſis pul. 2. & de vſu pulſ. 3. in fine.
Nec non & ſeri. Quod vero ali-
menti in ſanguinem verti nõ potuit:
eſt cauſa materialis illius. Quod ſan
guificationẽ refugit propter cauſam
aliquam præter naturam. Declarat
modum generationis. quandoquidẽ
cum optime ſe habet corpus, nec ali-
mentum in aliquo deficit: nulla fit hi
poſtaſis. generatur verò (vt infra la-
tius) cum pars aliqua alimenti: prę
imbecillitate naturæ; vel vitio mate-
riæ fugit ſanguificationem, quæ tran-
ſiens per arterias & venas fit hipoſta-
ſis. In venis & arterijs. Notat locũ
generationis; quandoquidẽ pars illa
quæ verſionem fugit in ſanguinem in
epatis gibo: tranſit in venas & arte-
rias: quo in loco natura fruſtrata fine:

E fecit

quod potuit. A propria earum facultate. causam efficientem significat. facultas enim naturalis quæ cuiq; inest menbro pri. de locis affect. qua menbra nutriuntur: agit in illud. A propria. Ne aliquis putaret quòd vitute trasmissa ab epate: illud efficeret. Quodammodo assimilatum. Causam declarat formalem: nam cum facultas naturalis nequiuerit in propriam substantiam transmutare. quod finis est intentus: fecit quod potuit: dealbauit: ac ad partium solidarum colorem reduxit. Vt ad eorum substantiam. Finem significat naturæ. finis enim naturalis facultatis est assimilare rem ad sui substantiam. quod si fieri nequit expellit: cum excrementum sit nutritioni ineptum. Qua definitione declarata arguatur huiusmodi. Cui cõpetit: definitio. eidẽ competit definitum. Vtrisq; sedimentis eadem cõpetit definitio ergo vtrisq; competit definitum. Minorem quam

nega-

negare possent: probatur. per Gal. pri. prognost. vlt. vbi hanc tradidit definitionem quæ & ęgrorum & sanorum sedimentis competit, quod manifestum facit exemplum illud de pure. non vbicumq; de hipostasi verba facit: puris similitudinem inducit. vt pri. de differ: feb. 3. de præseg. ex pul .8. alijsq, in locis, nec aliam alibi tradidit diffinitionem. Patet secundo quia eadem vtrisq, materiam, idem efficiens: forma eadem: finis, locus, modus generationis ijdem, idem quoq; denuntiant ergo eiusdem erunt speciei. Quod sit eadem materia patefiet modum generationis declarando. Pro quo sciendum est: cibum postquam primam in ventriculo acquisiuit coctionem, per venas miseraicas ab epate trahi, & continuo concoqui. qui per concauum ad gibbas partes perueniens perfectam sanguinis conuersionem nãciscitur. At si virtus valida est: nullumq; sit chylo

 ritium

vitium: nihil in ſanguificatum remanet. ſi verò facultas imbecilla: chili pars aliqua ſanguinis fugit conuerſionem. quæ cum ſanguine per venas, & arterias tranſcurrens: non valens earum facultas ad ſubſtantiam tranſmutare: craſſam partem per vrinas expellit tenuem verò per inſenſibilem tranſpirationem & halitum. Ex quo corpora quæ inculpata ſanitate viuunt: nullum in vrinis faciunt ſedimentum, at quia raró corpora huiuſmodi ſortiuntur temperiem: hanc ob cauſam, vt plurimum in vrinis ſanorum hipoſtaſis inuenitur. verum eo maiorem inuenies: quo maiori lapſu corpora viuunt. Siquidem ſi inualida facultas eſt concoctoria, validaq́; expultrix: & peccatum eſt in cibo maiorem hipoſtaſim habent vrinæ. vnde pueri & pituitoſi maiorem faciunt hipoſtaſim quàm bilioſi. Virtus enim imbecillis, non potens in epatis gibbo perfectè concoquere, & ſan-

ſanguificare multum alimenti ſanguificationem fugit quod quantitate: vel qualitate peccabit. erunt nihilominus in ipſo omnes miſti humores quia omnes ſunt in ſanguine (licet potentia nō actu, vt latius ad Ariſt. & Gal. mentem ſuperiori quæſito probatum fuit) at illud in ſanguinem conuertendum erat. fieri tamen nequiuit propter ſui ineptitudinem & repugnantiā, vel naturæ imbecillitatem. quod ſi excerni nequiuerit: neceſſe eſt putrefieri & febrem parere quod poſtea reſidet in vrina. Hoc totum ſcriptum reliquit Galenus varijs in locis & vt aliqua loca afferamus: audi quæ pri. Epid. com. pri. teſt. 43. his loquitur verbis. „ Ergo vbi corpus bene ha„bet cumq; ei quod concoquitur cū „ eo quod concoquit naturæ inter„cedit familiaritas: mutatio fit & „ alteratio totius concoquendæ ma„teriæ: aut maxime partis eius: mi„nimumq; ſuperat ſemicocti. at quā

 do

,, do præter naturam affecta ſunt:
,, quod accidit vbi ſunt à natura in-
,, mutantis, & alterantis aliena id
,, quod aſſimilatur paucum eſt: ſemi
,, coctum verò excremẽtum multũ.
Ex quibus verbis habemus modum generationis: nã ex repugnantia paſſi & præ imbecillitate virtutis. habem• etiam eandem eſſe materiã: differre tantum penes magis & minus famili are ac virtutis firmitudine & imbecil litate: at magis & minus nom variãt ſpeciem. vt dicunt ergo eiuſdẽ ſunt ſpeciei. Habemus etiam eandẽ eſſe facultatem & cauſam efficientem.
Hæc clarius declarat .2. de diff. feb.
,, 5. his verbis. Semper enim ſuis na
,, tura viribus vtens quicquid opti-
,, mum fieri contingit. his quæ alun
,, tur partibus aſſimilare: quicquid
,, verò alienum conatur excernere.
,, quod ſi aliquando ob craſſitudinẽ,
,, aut multitudinem, aut tenacita-
,, tem materiæ in vtilis, aut aliquam
mea-

„ mea tuum obstructionē: aut ,ppter
„ sui imbecillitatem: totum quod vi
„ tiatum est: nequeat expellere. Ne
„ cesse est: vt si id diutius in anima-
„ lis corpore perdurauerit: corrum
„ patur. Neq; enim fieri potest vt
„ aliquis quispiam ex humoribus, ta
„ lis permaneat: qualis erat ab ini-
„ tio: ne dum qui ita deprauatus:
„ vt naturæ cultus sit expers. Sed al
„ terum omnino sequatur.s. vt con-
„ coquatur, apponatur, atq; assimile
„ tur solidis partibus animalis: aut
„ corrūpatur, & putrefiat. Exemplū
tradidit de materia biliosa quæ cum
concoqui amplius non possit: cum
probe nequeat expelli arquatum fa-
cit morbum, aut putrefacta febrem.
ex quibus verbis patet eandem esse
materiam vtrisq;: quæ cum expulsa
non fuerit & putrescit facit febrem,
si verò non putrescit aliam affectionē
parit: & eiusdem .2. cap. 14. in prin-
„ cipio. Duplex autem in omnibus

,, entibus extraneum alterum quan-
,, titate, qualitate alterum: hoc au-
,, te aceruari contingit ob harum po
,, tentiarum quæ in membris ſite sũt
,, vel vigorem: vel imbecillitatem.
,, cum enim equæ valentes ſint: &
,, meatus qui materiam in vtilem ex
,, cernunt: ſecundum naturã ſe ha
,, habuerint: tunc membra in ſanita
,, te conſiſtunt. vbi verò plus aſſum-
,, ptum fuerit. quàm poſſit alterari.
,, omne quod ſuperfluum eſt à virtu-
,, te expulſoria truſum: neceſſario
,, excernitur: quòd ſi imbecilla fuerit
,, in eodem reſidet loco ac ſi multũ
,, fuerit, grauat atque extendit: ſi ve
,, rò acre excedit ac mordet. Sed
,, quod calidum eſt calefacit & quod
frigidum eſt frigefacit. Ex quibus ver
bis clare patet, eandem eſſe materiã
vtriſq;: cum excrementum ſit: quod
alterari nequiuerit & ſanguinem fieri
differt tamen quia ſanis nõ putreſcit:
in egris verò quia expulſiuam habent
imbe

imbecilliorem putreſcit & minus fit naturæ familiare. Hoc luculentius fit ex .3. prognoſt. 36. his verbis. Cæ-
„ terum nullo pacto ſedimẽtum ha-
„ bet vrina ſi tenuiter: copioſum ve
„ rò ſi largius. exiguum ſi modice
„ viuitur quin etiam in morbis bilio
„ ſis: ad colorem croceũ: in his quos
„ crudi comitantur humores ad can-
„ didius tendit. porrò ſedimen-
„ tum habet copioſum: quoties
„ morbus ex humoribus crudis cor-
„ pus fatiget: nullo verò modo aut
„ omnino minimum quoties ex bili-
„ oſis: ſed ſatis erit ſi habeat ſubli-
mametum. Inquit ſedimentum in morbis eſſe partem humorum crudorum qui propter ineptitudinem eorũ ſanguificationem fugere, ergo eadem materia & putredine tantum diſcrepant. & pri. de criſibus .12. in me-
„ dio. Præterea & in pueris omni-
„ bus ferè & perfectam etatem ha-
bentibus, qui otioſam vitam degunt:

haut

„ aut quouis alio modo pleni ſunt:
„ ſatis multam habent vrinæ ſubſi-
„ dentiam, quoniam in his omni-
„ bus plus eſt de in confecto & cru-
„ do humore his propter deſidem
„ vitam: illis verò propter ſatieta-
„ tem. Pueris verò & ob ſatieta-
„ tem (voratiores enim ſunt) & ob
„ id etiam quòd vna ventriculi ope-
„ ratio non poteſt duobus ſimul ſuf
„ ficere: augēdo, ſcilicet atq; alēdo.
„ antequàm ergo in ipſo ſufficienter
„ alimentum coctum ſit ad ſe cor-
„ pus trahit, atq; hinc fit vt plurimū
„ crudi humoris accruēt. Hæc quoq;
„ cauſa eſt: vt his qui ex otio & re-
„ pletione febricitent: ſi ſanitati re
„ ſtitui debent neceſſario plurimum
„ ſubſideat oportet. Contra his qui
„ ex inedia & labore: ruffe quidem
„ & biliofe vrinæ & deinceps. Vbi
clarius luce meridiana ponit eandem
eſſe materiam vtriſq;. cum dicat ſedi
mentum augeri illis propter otium
&

& multitudinem cibbi qui ſi febricitabunt oportet multum illius ſedimenti exire: ſi ſanari velint. cum febris ortum ducit ex ſedimento illo retento. quod cum retentum fuerit putredinem, & febrem peperit quæ ſi amoveri debet oportet putredinem remouere quæ in ſedimento fundatur. Quid clarius dici potuerit, eadem ergo materia. differt tantum quia in ſanis putredinis ē exper in egris verò minime cum imbecilliorē habuerint expulſiuā vnde propter putredinem minus fit naturę familiare. Quòd ita ſit patet etiam: quia corporibus optimam ſortiti corporis conſtitutionem nullam faciunt in vrina hipoſtaſim. & licet in ſanorum vrinis quandoq; appareat: corpora illa ſimpliciter ſalubria non ſunt: nominantur tamen talia quia ſenſibiliter actionem lęſam non habent: egri verò cum ex putredine febricitent quæ ſpiritus animæ inſtrumentum alterat & reſol-

uit

uit actiones habent ſenſibiliter læſas. virtus enim concoquere, ſeparare, & expellere impotens: agregantur excrementa & putredinem nanciſcuntur. At in ſanis qui re vera ſalubria non ſunt, & ſi concoctrix ſit debilis: excretiua muniũtur valida: ſuperflua expellunt: ex quo anſam nullam habent putredinis. eadem ergo materia. Sed dicet aliquis. ſi putredo fit quia virtus imbecillis redita nequiuit excemenra excernere: quæ poſtea putredinem acquiſiuere: quomodo egri facti cũ vim habeant ſatis imbeciliorẽ expellent. Dicimus iſtis. egros ſemper tenuiter cibari: tum quia cibum non appetunt, tum quia illud medici iubent: ne natura propter cibum à putrido diuertatur excremento. At natura quæ in ſolidis reſidet partibus egẽs nutrimento agit in quod inuenit quo alimentũ ſuſcipiet, & aſſimilet ad ſui naturam. inueniens verò putridũ ſuccum: in quem agens. illumq; ob

ſui

ſui ineptitudinem & acrimoniam inueniens ſuo fini ineptum: vt puta nutritioni, dat illi ſicut puri coloris ſimilitudinem: quem poſtea ab alio non diſtracta repellit quia fini ineptum. Quod ſi ob ſui repugnantiam: nullam aſſequatur aſſimilationem. ſed ſua acrimonia naturæ vires ſuperat, manet ſemper vrina ſedimēti expers. ex quo mors cum prauiorem acquiret putredinem. Itaq; Natura non impedita à cibo facile ſuccum deuincet & expellet. quem prius cum non cōcoxixet non expulit modo à putredinis multitudine non ſuperetur. licet impecillior fuerit eo magis cum à putredine irritetur. Sed dices non inmerito. Gale. pri de differ: feb. 7. & 8. de præſag: expuls. 8. circa finem dicit hipoſtaſim egrorum partem eſſe humorum intra vaſa putreſcentium. hoc idem confirmat Auic. 2. feu. pri. doc. 3. ſed ſedimentum ſanorum eſt pars alimenti: quæ in epate ſanguificatioem

cationem refugit. at ſucci putreſcentes & alimẽtum diuerſa ſunt & inter ſe valde diſtãt :quomodo ergo materia comunicabunt. Huic dubitationi reſpondemus. verum eſſe ſedimentum ęgrorum portionem fore putredinis:& ſanorum alimenti quæ in epate ſanguificationem fugit. Nichil hominus humor ille putridus: cuius hipoſtaſis eſt pars.ecquid aliud ẽ quàm excremẽtum quoddam alimẽti quod ſanguinis fugit verſionem? quod cum expulſum non fuerit, putredinem acquiſiuit. ex qua febris. expellitur deinceps à natura ſuperatũ & euictum, reſidetq; in vrina vt pri. de criſibus

„ 12. his verbis Gale. Hæc quoq; cau
„ ſa eſt vt hi qui ex otio & repletio-
„ ne febricitent: ſi ſanitati reſtitui
„ volunt: plurimum ſubſideat opor
„ tet & .2. de differ. feb. vt ſupra

probatum fuit. eadem ergo materia. differentia verſatur penes putridum & in putridum. quæ putredo illud minus

nus naturæ familiare reddit. eadē tñ materia sicut eadem materia sudoris & vrinæ, discrepant tantum loco & materiæ tenuitate. ita eadem materia vtriusq; sedimenti tantum putredine variant: cum sanorum putredine caret: ęgrorum verò illius minime est expers. Quod verò sit iddem illis efficiens, vt puta natura in solidis partibus residens: docet sexcentis in locis Gal: vt pri. apho. is. his verbis.

„ Neq; aliud quicquam animal ab
„ injtio efformauit: sicut neq; rursus
„ adauxit, aut vsq; ad mortem enu-
„ triuit: præter quam iste calor inna
„ tus, de quo nunc habetur sermo.
„ Hic est omnium operum natura-
„ lium causa. quia verò plurimus hi-
„ berno tempore: idcirco cibi appe
„ tentiam intendit, coctionem auget
„ & plus sanguinis cumulat: & cras-
„ sius efficit corpus: & vt superfluita
„ tes excernant, prouidentiā habet,
„ & parum infra. Neq; aliud quid

quam

" quam est natura animalium præ-
" ter hoc calidum innatum secundũ
" Hipp. opinionem. Ostensum est
" autem in commentarijs de viribus
" naturalibus: non solum appetens
" atq; cõfitiens, aglutinãsq; singulis
" partibus proprium natura alimen-
" tum. sed & huius dissoluens su-
" perfluitates, & quanto fortius exti
" terit calidum innatum, tanto ma-
" gis difflatio effugit sensũ. ecce quia
clare dicit omnia à calido fieri inna-
to. qui iuxta suam & Hippo. doctrinã,
est ipsa facultas naturalis: nec ope in
digere aliena vt puta causa præter na
turam, vt apertè hallucinati sunt neo
terici & .4. apho. 22. Natura pri. con
coquit .2. separat. 3. expellit, & hic in
morbosis loquitur affectibus. hoc idẽ
pri. epid. com. 2. & 2. de diff. feb.
locis citatis. 2. apho. 7. 4. de ratione vi
ctu. 44. alijsq; in locis. quæ non adu-
co ne in re clarissima sim prolissior.
Sed dices si nõ cõcurreret causa p̃ter
natu-

naturam conuerteretur in ſubſtantiã, aliti. dicimus ad hoc licet cauſa præter naturam, quæ eſt in materia hipoſtaſis impediat aſſimilationem in ſubſtantiam: partium, non tamen concurrit vt effitiens & dans formã illius materiæ: quia ſola facultas eſt operatrix & efficiens illius. cuius materia propter cauſam præter naturam, inepta erat aſſimilationi partium ſolidarũ: quæ repugnãtia & cauſa pter naturam etiam in materia hipoſtaſis ſanorum concurrit: quia ſi non concurreret conuerteretur in ſanguinem.
Itaq; non minus ponenda in ęgrorũ ac in ſedimentis ſanorum materia. Et licet in ægrorum hipoſtaſis materia repugnãtia ſit maior cum putrida ſit & præter naturam magis facta. tamẽ in ſanorum materia reperitur: cum ſanguinem refugit. vt hinc pateat error aſſerentiũ in ſedimẽtis egrorũ concurrere cauſa præter naturam vt efficiens. quod ipſi animaduertentes, par

ui facientes quia ſibi ipſis palinodiam canãt & vela vertant:quandoq; manifeſtiſſimis verbis tanquam à verita te coacti confexi ſunt. concludimus ergo cauſam præter naturam circa hipo: ægrorum, ſicut in ſanorum vt effi ciens non concurrere. & ſi concurrit eadem erit in ſanorum hipoſtaſi, differre tantũ ſecundũ magis & minus: nõ tamẽ erit vt efficiens: cũ tantũ na tura ĩ ſolidis partibus reſidens: talem mereatur nomenclaturã ipſam ſiquidem principiũ eſt vnde motus & con coquat cauſa vero præter naturam co ctionem impedit. Quod eadem forma ſit: cunctis patet, neq; ab eis negatur: ambo enim ſolidarũ partium colore donantur, albedine(quælibet enim noſtri corporis pars alba eſt: coloratur poſtea à ſanguine) quandoquidem cum in aliti ſubſtantiam verti nequiuerit: accepit quã potuit ſimilitudinem vt pri. prognoſt. vlt. & pri. de diff. feb. Sed forma eſt cauſa eſſen-

essendi & constituendi rem in propria specie: ergo quæ habent eãdem formam: eiusdem fore speciei necesse est: eandemq́; habere materiam. cum quelibet forma certam sibi describit materiam. vt pri. de generatione & corrupt. Arist. alijsq; in locis sexcentis. Quod isdem naturæ finis. Nullus etiam mediocriter in Gale. doctrina versat» insitias ibit. Gale. præceptũ est quamlibet nostri corporis partem sibi ipsi concoquere vt ad propriam deducat substantiam & naturam ad propinquantem humorem: & nullã aliarum partium habere prouidentiã. imo postquam nutrimentum assumpsit, reliquum veluti excrementum expellit. hoc est quod dicit primo de
„ semine vlt. Demostratum enim
„ est vnum quodq; menbrum ad se
„ adcomodatum sibi alimentum at
„ trahere. deinde vbi ex eo quidquid
„ sibi necessarium est percepit: reli-
„ quum excernere. quod cum ipsi

excrementum ſit, alteri ſubſequenti alimentum conficitur & .5. apho.39.
,, Hoc quidem commune eſt omni-
,, bus animalis partibus: quæ aptæ
,, ſunt humores aliquos vtiles ge-
,, nerare: aut partibus alijs, aut ad
,, generis propagationem, aut ad cō
,, ceptus nutritionem, eſſe humorē
,, illum quandam veluti ſuperfluita-
,, tem alimenti partis ipſum generā-
,, tis. Non .n. quia norit adquid vti
,, lis erit humor animali: ipſius facit
,, pars generationem: niſi debeat ha
,, bere talem intellectum qualem ha
,, bere oportere arbitramur ciuitatū
,, gubernatores. ſed animalis quidē
,, opifex illum habet intellectum,
,, ipſa autem pars, vt oſtenſum eſt
,, potentijs regitur naturalibus,
,, tum alijs quibuſdam, tum alte-
,, ratiua, per quam aſſimilat ali-
,, mentum ſibi ipſi. quantum igitur
,, alimenti ab ipſa alterati fuerint
nutri-

„ nutrito corpori exquiſitæ aſſimila
„ tum : illi apponitur parti, ac nu-
„ trit eam . & hoc eſt quod ip ſe ait
„ alimentum autem quod alit : ali-
„ mentum etiam quod veluti alimẽ
„ tum: & quod debet alere. ſuperflu
„ um verò derelictum ſimilis quidẽ
„ naturæ partis exiſtit, in oſſibus qui
„ dem id quod in eis cauernis conti-
„ netur. in epate verò sãguis: ex hoc
„ genere eſt & ſpumeus humor qui
„ in carne pulmonis continetur : &
„ qui in articulorũ compagibus glu-
„ tinoſus humor : & id quod in teſti
„ bus & vocatis aſſidentibus ſemen.
& qui in lingua cui nomen ſaliua, &
pri. prognoſt. vlti. & 2. apho. 18. 6.
de placi. Hipp. & Plato. 4. de vſu par.
3. Naturalium facul. 13. prope finem
4. ſanit : tuendæ . 8. per loca. de affe-
ctibus iecoris . Cuius verba non adu-
co: ne videar rem ſole clariorem ma-
gni facere, & in dubiũ vertere, quod
etiam plebeis innoteſcit . ita in mate

ria fit ſedimentorum, ſi quidem natu ra quæ in ſolidis animalis partibus re ſidet:agit in ea ſibi tantum inſeruiēs: vt in ſubſtantiam ſolidarum partium reducat. quod cum fieri non potuit, & fine fruſtetur: illam ad ſui colorem & ſimilitudinem duxit. quod poſtea tamquam in vtile ſuo fini, vt puta aſſi milationi: craſſam partem expulit per vrinam: cum per comodiorem regionem expellere non valeat, te- nuem verò per arteriarum & venarū compreſſionem. Quòd iſdem ſit ge nerationis modus, patet per ſuperius aducta latius cum de materia loque- bamur. Quòd iſdem locus docet Gale.2.de diff. feb.7.his verbis in hu-
„ moribus autem qui in venis & ar-
„ terijs continetur: quoddam quod
„ puri proportione reſpondet ſubſi-
„ det in vrinis. & pri. prognoſt. vlt.
pri. ſanit. tuendæ & per ſuperiorem diſcurſum. Declarat hoc idem: vt puta eiuſdem fore ſpeciei. cum idē
ſigni-

significent ambo enim tam sanorum. quàm ægrorum, sedimenta: naturæ dominiũ victoriamq; supra repugnã-tem materiam ostendunt. Id quod pulchre & clarissimis verbis demostrat Gale. pri. epid. com. pri. test. 43.
" dum hæc protulit verba. iam sicut
" in corporibus sanis coctionem in-
" dicant excrementa: nõ secus in corporibus affectis indicabunt. quomodo ergo diuersę erunt speciei? cum non materia, non efficiente, non forma, non loco, non modo generationis, nec significatione differant. Sed dicet aliquis dixisti sedimentum generari in venis. hoc videtur aperte falsum: cum sit excrementum quod in epate fugit coctionem: ergo est epatis excrementum ibiq; generationem habet & minime in venis, vt dicis. Pro hac dubitatione est sciendum vnum quodq; ex materia & forma cõponi: formamq; dare esse & denominationem vnicuiq;, cum ipsa sit actus &

ratio eſſendi & cognoſcendi. vnde Themiſtius in parafraſi .2. de anima imprincipio: dicit à materia res habent vt fierent, à forma verò vt eſſent, accepit tamen ab Ariſt. in teſt. & 7. metha. 37. ita dicimus ad dubitationem. materiam hipoſtaſis generari in epate: cum ibi fugiat ſanguinis mutationem. accipit tamen formam hipoſtaſis in venis & arterijs. vbi ergo accepit formam ibi generatur, cum generatio ſit acquiſitio formæ. ſed in vaſis accepit formam ergo in vaſis generatur. forma enim cauſa eſt eſſendi & qua res eſt hoc aliquid vt diximus. at illam in venis recepit. Iterum inſurget aliquis & dicet ſuperiori quæſito dixiſti omnes humores quandoq; in venis eſſe cum ſanguine: qui cum præter naturam. ſint putreſcunt & febrem pariunt. euicti poſtea à natura expelluntur: partim pro vrinam & in ipſam faciunt ſedimentum. quæro non ne hoc ſedimentum erit pars illo

rum

rum humorum? nulli dubium quòd ſic. Huic dubitationi facile ex ſuperius dictis reſpõdetur verũ vt clarior fiet ſermo noſter: dicimus. verum eſſe quandoq; cum ſanguine omnes miſceri humores alij. Attamen ſanguis ille totus excrementoſus ẽ minimeq; nutrire: cùm naturę repugnet. fit enĩ vel naturę defectu vt' puta in tẽperata: vel vitio materiæ. vt alibi probatum fuit. ex quo ſanguis ille tòtus eſt excrementoſus & ſanioſus vt .10. ſimpli. Gale. qui cum Naturæ repugnet nactus fuit putredinẽ cuius partem poſtea natura, per vrinã expellit: & fit ſedimentum. itaq; ſedimentum illud, pars eſt alimẽti. quod ſanguificationem refugit, propter aliquam præter naturæ cauſam: cum nullo pacto perfectam habeat ſanguis formam. ſed totus dicitur excrementoſus. cum enim optimè ſe habet corpus, nullumq; ſit in facultatibus, vel alimento vitium: perfecta ſit ſanguificatio

ficatio ſegregatioq; humorum: ſangiſq; purus cum naturali pituita per venas meat: nullamq; habet actu aliorum ſuccorum miſtionem. Sed dicet ſi ſanguis ille eſſet excrementoſus: corpus minime nutriretur. cum excrementa non nutriant. Dico naturam hunc excrementoſum ſanguinem in epate genitũ. iterum concoqui vt partibus aſſimilaret: quem inueniens ineptum parte tantum tenuiſſima & parciſſimè nutriri, hanc igitur ob cauſam qui tali ſucco referti ſunt ſemper decoloratos videmus. & antequam ſucci putreſcant vrinam craſſam aſpicimus quæ quandoq; magnum facit ſedimen. iuxta expultricis naturæ victoriam. Iterum dubitabit aliquis ſi ſedimentum in egris eſt pars humoris facientis febrem: cuius humoris pars erit, vel ſub forma cauſæ coniunctæ vel antecedentis? Pro reſponſione eſt notandum, Arabes non recte percipere cauſam coniunctam, aſſerunt cauſam con

iuncta

iuncta esse qua posita, ponitur morbus: & qua remota, remouetur. at hæc definitio contentiuę causę competit: & non coniunctę. deffert enim non pauco discrimine coniuncta causa à contentiua: quandoquidem causa contentiua ponitur in diffinitione morbi. at coniuncta minime. sed est quæ immediate morbum præcedit & sunt in febre putrida putridi vapores: & non humores putrescentes vt ipsi dicunt. Itaq; nulla est differentia nullumq; discrimen inter inmediatam causam & coniunctam vt de sympto. diff. Gal. Hanc ipse .11. methodi vocat antecedentē. Causa verò contentiua est. quæ ingreditur diffinitionem morbi: & qua posita ponit̄ morbus & qua remota remouetur. exempli gratia in febre: causa contentiua: est calor præter naturā. & suffusionis aqua in oculo. siquidem nec amoueri, neq; poni febris potest: ni calor præter naturam remoueatur, vel apponatur.

ita de suffusione posita aqua, & remo
ta: ponitur & remouetur suffusio. vt
bene pri. de sympto: causis. ignoratur
tamen causa contentiua, quia morbi
vt plurimum nominātur nomine cau
sæ contentiuę. Sic ad argumentum
dicimus sedimentum esse partem hu-
moris actu putridi & non potentia
vt humorum putridorum quos ipsi
inepte causam coniunctā dicunt. nos
verò iuxta Galeni normam antecedē
tem appellamus. & non pars causæ
coniunctæ: quam Gale: immediatā vo
cat. cū hæc vapores putridi sint. Nec
piaculum erit, aut exitiale facinus:
in omnibus febribus causam ponere
contentiuam. sicut in putridis coniun
ctam: quandoquidem iste omnes sunt
in fieri. Mox iterum instabit aliquis.
dixisti sedimentum esse partem hu-
moris actu putredi. sed cū hipostasis
generetur in vasis, verum erit in febri
bus cōtinuis quarum humores putre-
fiunt intra venas. sed in intermicten-
tibus

tibus quarum humores putrescunt ex tra venas illud minime verò adherebit. Hæc difficultas tanti fuit momẽ ti quòd omnes hucusq; ad errores duxit, dicunt enim harum febrium sedimentum partem esse causæ quam nominãt antecedentẽ idest humoris potentia non actu putridi. cum isti intra venas sint quæ opinio iuditio meo est omnino erronea: & à Galeni mente valde loncinqua. Gale. vbiq; fatetur sedimentum esse partem humoris putridi: ac causa quam ipsi antecedentẽ vocant non dum putrida est. sed apta putrefieri. quomodo ergo huius erit pars? Præterea sedimenta coctionem indicant humorum morbum facientium: ac naturæ victoriã, vt pri. epid. com. 2. at humores actu putridi morbum faciunt & minime qui imputridi sunt: cum isti facturi morbos sunt. ergo humorum actu putridorum pars erit. cum isti euacuationem poscunt: illi verò cum apti sint putrefieri po i-

coctionem ac ad benignum reductio-
nẽ, ventilationemq; & non euacua-
tionẽ requirunt vt.11. method. Gal.
præterea hac eorum opinione: Gale.
diminutum faciunt quandoquidem
pri. de diff. feb. dicit ſedimentum eſ-
ſe partem humoris putridi in febribꝰ,
nondum tamen diuiſerat febres in cõ
tinuas & intermictentes. quod fieri
debebat: ſi vera eſſet eorum opinio
& ſic rem indeterminate non relin-
quere: at hoc de Gal. minime ſentien
dum: ergo eorum ſententia falſa. Ali
ter iuditio meo dicendum: nec à Ga-
leno latum vnguẽ diſcedens dicimus.
hipoſtaſim tam continuarũ quam in
termictẽtium febrium partem fore hu
moris actu putrid. at in continuis cũ
nullus in hoc dubitet: nulla egemus
probatione. in interpollatis autem cũ
& in his intra vaſa putreſcant humo-
res: illorum pars erit. quòd intra vaſa
putreſcant: probabo & Galeni autho
ritate & rationibus. & pri. Gale. 2.
de

de crissibus .3. declarãs conuenientiã & differentiam tertianarum febrium intermitentium, à continuis, dicit has febres in humore conuenire: discrepare verô quia in continuis humor putridus continuetur intra vasa: in intermictentibus expellitur extra venas

„ cuius hæc sunt verba. In alijs verò
„ adurẽtibus febribus quæ nullam
„ habent intermissionem, flaua bilis
„ humor in vasis vna cum sanguine
„ contineri ostendebamus. Atq; he
„ ipse à tertianis differunt. (quãuis
„ eo qui vtrunq; facit morbum hu-
„ more comunicent) quòd in his qui
„ dem intra venas contenetur: in il-
„ lis verò cum vehemẽter moueatur
„ per singulas corporis partes disse-
„ minatur. quo fit vt dilationis im-
„ petu ipsa per se ipsam expurgetur
„ Eadem causa cur febris ex sudori-
„ bus atq; vomitibus finiatur. In
„ adurentibus autem febribus singu-
„ læ accessiones ad infebri citationẽ

non

,, non perueniunt: quoniam qui ea-
,, rum cauſa eſt humor non expurga
,, tur. Sed quando in his bilis vehe
,, mentius agitatur: ac veluti effer-
,, ueſcit: cumq; à natura in valeſcen-
,, te impellitur: tunc rigor ſuper ve-
,, nit & febris ſoluitur: nam à febre
,, ardente hatito (inquit Hippo:) ri-
,, gore ſuperueniente ſolutio. Hæc
ſunt Galeni verba in quibus mens no
ſtra clare patet. dicit humorem putri-
dum in continuis contineri intra ve-
nas, in intermiƈtentibus verò nõ con
tineri ſed propter motus vehementiã
diſſeminari per corporis partes, dicit
contineri, quaſi diceret humores pu-
treſcunt intra vaſa ibiq; retineri in cõ
tinuis. In intermiƈtẽtibus verò putre-
fieri ſed non contineri, quia propter
vehementem humoris motum: natu
ra trãſmiƈtit ad partes corporis & car
noſo genere. Hoc iddem refert. 2. de
symph. cauſis cap. v. exponens eundẽ
aphor. 4. part. 58. vbi cauſam redidit,
quare

quare ſequitur rigore ſuperueniente in febribus ardentibus ſolutio ipſius: Hoc clarius manifeſtat nono metho. 5. in pri. verbis. dicens. ſi materia in omnibus vaſis magnis putreſcit continua excitatẽ febris, ſi verò in vnica parte intermictens. quid hoc clarius declarauit Gal. quomodo ergo iſti aſſerunt in intermictentibus humorem extra venas putrefieri & ĩ carnoſo genere, cum Gale: aperte dicat intra venas. ſed non vaſa magna, ſed vnica parte putrefieri. & .4. apho. 59. declarans differentiam inter eaſdem febres ſcilicet ardentem & tertianam exquiſitam, dicit eas differre penes hoc: quia humore minime diſcrepant. ſed febris ardens humores habet putreſcentes in venis vna cum ſanguine, vt bilem plurimam ebullientem. tertiana verò intermictens: eandem bilem habet in toto corpore latam ac motã. non dicit extra vaſa putreſcentẽ: ſed latam ac motã in toto corpore: quia

natura bilim expellit tempore insul-
tus: ꝓpter materiæ paucitaté, corpo
tis raritatem, eiusq; robur: ad partes
carnosas, non tamen negat in venis
putrefieri. Sed differt nam in causoni
de firma manet ac stabilis intra vasa,
licet in eis moueatur quandoq; & ma
teriam habeat turgentem. in tertiana
exquisita quotidie illam propter prę-
dictas rationes mouet & expellit. ex
quo rigor succedit. Probatur præte-
rea ratione nam pluries vidimus: fe-
bres intermictentes, vomitu, vel alui
deiectione terminari: humore peten
te ventriculum. qui humor si in carno
so genere erat: quomodo per venas
ventriculum petijt, & non sudore &
halitu terminetur. cum citius facilius
& comodius fieri potuerit. Præterea
ad quid Gale: præcipit inspicere vri-
nam in his febribus? si humores extra
vasa putrescerent. in carnoso genere:
cum vrina tantum eorum quæ in ve-
noso genere & non carnoso sit index
vt

vt quarto ſanit: tuendæ pri. de criſi-
bus .7. & pri. Epid. com. pri. Præte-
rea febris eſt paſſio venoſi generis &
per venoſum genus arterias compre-
hendit vt pri. de criſſibus .7. in fine:
ſi humores febrem facientes extra va
ſa putreſcũt & in carnoſo genere quo
modo paſſio erit venoſi generis? Præ-
terea patet ex modo curandi. nam ad
quid vſus rerum de oſtruentium, in-
ternas obſtructiones in his febribus?
Patet etiam ratione ſympto. quando
quidem in tertiana intermictente ad
ſunt vehementiſſimi dolores capitis:
ob plurimos caput petentes vapores
per arterias & venas: ſi in carnoſo ge
nere putreſcerent: quomodo aſcende
rent vapores illi: alioquin acres: &
mordaces? nõ poteſt dici per neruos:
cum vapores illi conuulſionem face-
rent: & in omnibus neruis dolorem
vt .5. apho. 20. bene præcipit Hippo:
ergo per arterias & venas. igitur in
eis putreſcunt. Relinquitur ergo per

 tot

tot Gale: authoritates & rationes: in omnibus his febribus humores intra vasa putrescere. cum nullibi Gale. (quod viderim) extra venas dicat pu trefieri. & si alicubi fortè scrsptum re perit (quod nō credo) intelligendū ē sano modo: vt ipse met seipsum expo nit .9. metho .5. extra vasa magna quæ sunt inter alas & inguina: et .11. metho. 4. & .9. metho. 3. Sed statim ingurget aliqus, dicens ostendam ego locum in quo Gale: manifestiss. verbis asserit. in his febribus humores putrescere in carnoso genere. lege pri. Epid. com. 2. vbi ponens discrimen tertianæ exquisitæ & ardentis febris inquit. In comentarijs de differ:
„ febr; & de iuditijs tum, alia, tum
„ hoc declarauimus: propter flauæ
„ bilis exuperantiam febres & arden
„ tes & tertianas oriri: atq; hoc cōue
„ nire inter illas: locis verò in qui-
„ bus superfluus contraitur humor
„ distare. Etenim si ardentes febres

sint

„ ſint, in venis abundat præcipuè ie
„ cinoris & ventris. tertianæ fiunt
„ cũ totius corporis carnes affluant
„ bile flaua. Dicit totius corporis
„ carnes & non venæ: ergo in carno
„ ſo genere putreſcit & nõ in venis.
Ad hunc Gale. locum faciliter reſpõ-
detur: nõ diſcendẽdo tamen à noſtro
propoſito, & dicimus carnes affluere
bili flaua tempore inſultus: Cũ enim
bilis vehementer mouetur ac efferue-
ſcit tunc (pauca exiſtente) à natura
tranſmictitur: & per ſingulas corporis
partes diſſeminatur, & rigor ſuperue
nit. in febre verò ardẽte minime trãſ-
mictitur: ſed retinetur. & quòd ita ſit
vide quia ſecundum de criſibus citat:
quo in loco hanc relatam tribuit reſ-
ponſionem vt quiſq; vedere poterit.
Sed contra iuquiet ille. hanc tuam re
ſponſionem impugnant Gale: verba
ſubſequentia. proſequitur Gale: Pro-
inde ſpiraculis impeditis eorum qui
natura plurimum bilioſa ſunt, quantum bilis in

 carno

carnoſo cõgeſtum genere ante expurgatur: in hoc ſtatu non purgatum: tertianas generauit ardentib⁹ frequẽtiores. Inquit in carnoſo genere congeſtum. & non expurgatum ſpiraculis obſtructis putreſcit & febres facit tertianas. Ad hoc dicimus Gal. nõ ſic ſimpliciter intelligi imò pluries legendus: omnesq́; quos edidit libros. quo rectius ac perfectius ſua percipiatur opinio vt in fine de diff. morbor. & pri. de alimentorum facul. literis mandauit .9. method. Gal; inquit cõtinuas febres oriri: cum humores in omnibus vaſis magnis putreſcunt cũ verò in vnica parte & paruis venis intermictentes gigni. Hinc Dicimus per congeſtum in carnoſo genere intelligere Gale: venas quæ ſunt in carnoſo genere: quæ reſpectu magnarũ: (quæ inter alas & inguina exiſtut)paruæ & ſunt & dicuntur. & quòd ita ſit vide quia dixit. Etenim ſi ardentes febres ſunt in venis abũdat præcipuæ

iecı-

iecinoris & ventris. quæ venæ magnę ſun. at tertianæ fiunt quando non in his venis humor putreſcit: ſed in venis quæ ſunt in carnoſo genere: quæ paruæ venæ ſunt: obſtructis enim ſpiraculis impeditaq; harum difflatio de facili humores putreſcunt. ſiquidem obſtructio & prohibita tranſpiratio putredinem gignunt. Ex quo citra dubitationē aliquā dicimus in omni bus febribus: quas putreſcens humor generat: humores intra vaſa putreſcere. Verum in continuis intra vaſa magna in interpollatis intra vaſa nō magna: qui poſtea deferunt̃ ſuo motu per carnoſum genus. iſtaq; eſt iudi tio meo Galeni ſententia. At dicet aliquis, ſi omnes ex humore ortum habent intra vaſa putreſcente: quare aliquæ deſinunt ad infebricationem aliquæ verô non? Huic quæſito facile reſponderi poteſt per ipſum Gale. 9. meth. 5. quia aliquæ putreſcunt intra vaſa magna quæ valde vicina ſunt

 cordi.

cordi. & nō poteſt mā ſic cito euapo-
tari,quam altera putreſcat. aliquæ in
vnica parte, & intra vaſa nō magna.
ſed quia hęc reſponſio non redit vlti-
mam cauſam: ideo dabimus quam
Gal:2.de diff:feb:aſſignat. acceſſionis
lōgioris ac breuioris cauſā inquirens:
rem ad tria capita reduxit ad materię
paucitatem, ſubtilitatem, caliditatē,
potentiæ expultricis robur, & corp.
raritatem. materia enim calida ſubti-
lis breuiorem facit acceſſionem: & fi-
niet antequam ſecunda incipiet: cor-
pus etiam rarum breuiores ſui ratio-
ne reddit acceſſiones: quod autem
ſpiſſius longiores: Potentiæ autem
robur minus diuturnas: at imbecilli
tas in longius tempus producit: nam
quo potentia vigetior extiterit, eo
promptiùs & facilius rem alienam à
ſe expellet. corporis autem raritas
quod per ipſum defertur non retinet.
Itaq; antequam ſecunda ſuper veniat
acceſſio, prima quieuit. hæc eſt ergo
cauſa

causa quare aliquæ intermictunt aliquæ verò non, sed continuo ægrum affligunt. Iterum aliquis dubitabit instando, si humores putridi. in intermictentibus febribus deferuntur suo motu expulsi à natura per omnes corporis partes vt. 2. de differ: feb Gale: qui postea sudore terminantur, & halitu: vt hippo. 4. apho. 63. quomodo hipostasis pars erit humoris putridi? hoc videtur impossibile ac præter intentionem quam Gale: tribuis. Dicimus huic quæsito superius fuisse responsum latius in diffinitione hipostasis. vbi diximus: humorum putridorum partem crassam fore hipostasim: quæ transpirari nequiuerit. quã cum comodiorem viam expulsionis non habuerit natura: per vrinã expullit, tenuiorem verò partem per sudorem deiecit, & halitum, ac arteriarũ compressione. At dubitabit aliquis num totum sedimentum ægrorum: pars erit humoris putridi. ita quòd nulla

sit

ſit in eo portio ſedimenti ſanorum.i. alimenti quod ſanguinis ſubterfugit coctionem? Dicimus nulli dubium vtraq; ſedimenta tam alimenti quod fugit conuerſionem in ſanguinem. quàm humorum putridorum. (& per humorum intelligimus hic quod tem poribus præteritis ſanguificationem refugit quod poſtea putredinem acquiſiuit. ne me in verbis capias) inter ſe miſceri vniriq;, verum adeò pauca eſt portio ſedimenti alimenti quod ſubter fugit coctionem.quæ etiam ſi perceptibilis eſſet (quod fieri nō po teſt iuditio meo propter maximam in omnibus cauſis conuenientiam, ac ſymboleitatem) non cognoſceretur. & hoc non in merito: ſiquidem natu ra egens nutrimento: quod cum pau cum ſit totum fere conuertit in aliti ſubſtantiam: minimumq́; ſuperat ſemicocti. eoq́; magis cum cibaria opti mi ſint chyli: naturęq́; humanæ valde familiaria. Sed quia pluribus

fortaſ

fortaſſe morat⁹ ſum in repellenda horum opinione: adeo euidenter (vt ego quidem ſentio) à Galeni propoſito, & ſententia aliena: vt ne cæcum quidem plebeium lateat. noſtro ſermoni finem imponendo. dicimus in qualibet febre: tã intermictenti quàm continua: hipoſtaſim eſſe partem humoris intra vaſa putreſcentis. quæ nõ materia differt à ſanorum hipoſtaſi: (vt latius ſupra probauimus) nec efficiente, nec forma, nec fine, nec loco, aut modo generarionis nec ſignificatione, tantum penes maiorem & minorem naturæ familiaritatem & putredinem. Raro verò diuerſæ erũt ſpeciei. & hoc cum ſanguis purus & ſincerus propter cauſam aliquam procatarticham, vt merores, itinera, inſolationes & reliqua putreſcit & pars tenuis vertitur in bilim, craſſa in humorem melancolicum, deinceps hi etiam qui geniti ſunt putreſcunt & ſedimemtum faciunt. at quia hoc raro

acci-

acccidit. hanc ob causam dicimus sententiam nostram veram esse & vice versa falsam erroneamq; asserentium, & continuo, & in omnibus febribus alienam esse in sanis & ægris sedimenti materiam. repugnat enim & Gale: & veritati. vt latius supra & manifestissimis verbis probatum fuit.

finis.



FRDINANDO CASSANO

ARTIVM ET MEDICINAE

doctori dignissimo.

S.



VAS ad me vnà cũ literis tuis:dedisti quę stiones, accepi, & per legi quàm libentissimè. Notæ enim sunt animi erga me tui: qualem semper agnoui, & quem nunc multò magis expertus sum. Apparet in literis, illius candor, studium, & beneuolentia: qua valde me prosequeris: tua potius liberalitate, quàm quòd de te sim vnquàm bene meritus. In quæstionibus, & explicandis, & terminãdis: ea vis ingenij: ea orationis perspicuitas, ea rationum inuentio, & dispositio: vt ne dum, qnod alijs etiã visum est doctissimis viris, Arist. Turisano

risano, & Fernelio, (inter quos Pisanus tuus præceptor eruditissimus, & in almo Neapolitano gymnasio doctor celeberrimus: iure connumerari potuerit) quoduis aliud vel paradoxon, persuadere lectoribus valeant. Quamuis ex alia parte stent disertissimi medici & philosophi repugnantes his thesibus & contradicentes, vt difficile tibi fuerit scopũ attigisse. quidquid sit, munus mihi gratissimũ fecisti: de quo tibi plurimas gratias ago, aliquando (si dabitur) parem relaturus. tu verò ne à scribendo desistas hortor. nã si hæ ingenij tui sunt primitiæ, quales erunt maturi fructus? spero equidem (quòd ex his facile possum augurari) te deinceps cum primis nostrę artis autoribus esse conferendum. vale.

Paulus Monachus.

